NAZ.
e III
X

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XV XIX
C
53
NAPOLI

XV XIX C 53

XXXIX
C
53

PINDARI

POETAE VETVSTISSIMI,
Lyricorũq; omniũ principis,

Olympia,
Pythia,
Nemea,
Iſthmia,

à Ioanne Lonicero latinitate donata.



BASILEAE, APVD AND. CRAT.
AN. M. D. XXVIII.

ERVDITIONE AC MORVM *integritate præſtanti M. Adamo, Illuſtrißimi Heſſorum principis, &c. à ſacris concionibus, Ioannes Lonicerus εὖ πράττειν.*

VBi ſuperiore anno, chariſsime Adame, Pindarum Lyricorũ principem ſuccisiuis horis uertiſſem, neq; temerarium, neque εὔηθες me ratus ſum quicq̃ admittere, ſi qualeſcũq; labores illos meos in lucẽ publicarẽ. Primũ, ut qa pudicũ, religioſum, adeoq́; pietatis amantißimũ uatẽ profiteri ſtatuiſſem, facilius ſtudioſi haberẽt, quo Pindaricæ phraſis ſiue dictionis difficultatẽ adſequerẽtur, effugerentq́;. Deinde, ut iuuentuti copia fieret exercendi ſeſe, uel in æmulatione uirtutũ, quarũ ut ubiq; eximiũ præconẽ agit, ſic nuſq̃ nõ mentem ſuã iiſdem imbutã oſtendit Pindarus, uel declamationibus, inde ſumpto argumento. Continent enim in uniuerſum ij certaminũ hymni aliud nihil, atq; genus laudis ἐπιδεικτικόν. Quandoquidẽ perpetuò uictores à genealogia, ab educatione, à patria, ab affinibus, adeoq; locis eò pertinẽtibus, euehit ad ſydera. Quorũ locorũ nexus & cohærentia, dũ nobis obſcurior apparet, fit, quo minus Pindaricam agnoſcamus mentẽ. Proinde tu præ reliquis mihi occurriſti, ornatiſs. Adame, cui uatẽ hunc & pientißimũ & clarißimũ dedicarẽ. Neq; ueritus ſum Theologo poẽtam offerre, potißimũ talẽ, qui uel à ſummo theologo

legi mereatur. Præclare quidẽ Horatius cecinit: Pindarũ q̃ſquis ſtudet æmulari, ceratis Dædali pennis nititur. Vidit nimirũ amplißimã diuini uatis maieſtatẽ, charactêris ſeu λέξεως præſtantiã. Vt enim ſemꝑ de dijs, heroibus, principibus, uictoribus canit, ita grauibus uerbis, antiquisq́; ſententijs undiq; abundat, ut planè grandiloquentiæ exemplũ, nobis in propatulo per ipſum exhibeatur. Atq; utinã Demoſthenis nunc eloquentia lucerem, quo laudũ Pindari catalogũ percenſere poſſem. Enimuero ſeſe ipſe in hunc ubiq; modum cõmendat, ut uel mediocriter erudito intuenti, inenarrabilia prorſum tanti uatis præconia occurrant. Eam uero ob cauſam, optimum uatem, ornatiſs. Adame, prodire in lucem ſub tui nominis patrocinio uolui, quo minus liuidorũ ſtupidos dentes metuã. Nã ſi labor meus οὐχ ὅλως ἀνωφέλιμος uiſus tibi fuerit, longum obtrectatoribus dixero Vale. Valla, dein & Volaterranus Homerũ ſoluta oratiõe latio donauere, nõ ſine nullo ſtudioſorũ emolumẽto: & mihi uitio dabitur, ſi idem in Pindaro moliar? Sed utroq; longe inferior ego. Quid tum? aliquid me tamen, ſi nõ plura, ac certe pauca præſtitiſſe, niſi fallar, equidem arbitror. Sed ea de re aliorũ eſto iudiciũ. Porrò ſi ſtudioſis hæc nõ ingrata eſſe perſpexero, Pindarũ noſtrũ, ꝓpitio Chriſto, ita ſcholijs (citra quæ fieri nõ poteſt. ut penitius intelligatur) adornaturũ polliceor, uti ſperem nulli nõ apertißimũ fore. Optime in domino uale, meq́; redama, Frãcofordiæ, An. M. D. XXVII.

PINDARI

OLYMPIA. HIERONI SYRACVSIO, CELETI. ODE PRIMA.

STROPHE I. COLON XVII.

OPtima ſanè res eſt aqua, aurum uero ut lucidus ignis noctu, ita præualet, eximie ſuperbis diuitijs. Sin certamina ꝓloqui deſideras, percharum mihi cor, ne porrò ſole cõtempleris aliud feruentius interdiu fulgidum aſtrum, per tranquillum æthera. Neque Olympico certamine præſtãtius aliud feremus, unde multi nominis hymnus paſsim iactatur prudentum è conſilijs, quo euehunt Saturnium, ad prædiuitem qui ſe recipiunt, felicemq; Hieronis larem.

ANTISTROPHE Colon XVII.

Iuſte qui adminiſtrat ſceptrũ in opulenta Sicilia, † decerpens quidem omnium uirtutum ſummam. Reſplendet aũt & muſices in flore, ut uiri haud raro ludere ſolemus prope chara ſympoſia. Atqui Doricã à clauo apprehende citharam, ſi tibi Piſæ & Pherenici iucunditas mentem ad curas dulciſsimas repoſuit, quando iuxta Alpheũ proruit, corpusq; ſuapte ſpon-

† omniũ uirtutũ ſumma redimitus.

te ſtinum curſu perhibens, uictorē reddidit dominū.

EPODOS COLON XIII.

Syracuſium equis gaudentem regem. lucet uero ei gloria, apud auguſtam Lydij Pelopis † coloniam, quem potentia clarus amauit concuſſor terræ Neptunus, poſtquàm hunc ex puro lebete Clotho extraxerat, eburneo fulgentem humero. Mirum profectò nimis uideri poteſt, quod aliquando uero ſermoni, uarijs conſutæ mendacijs fabulæ præpolleant.

† Peloponneſum intelligit.

STROPHE II. COL. XVII.

Fauor † autem, qui omnia efficit iucunda mortalibus, adferens honorē, & incredibile ſæpenumero efficit, ut crederetur, cuius rei ſapiētiſſimus teſtis eſt Tempus. Decet aūt uirum de dijs honeſta loqui: res enim non parua eſt. Te autem ô Pelops (contrario prioribus poëtis more canam) quando uocauit parens ad legitimas epulas, charamq; Sipylum, permutatoriam dijs cœnam exhibens, tunc Neptunū ſurripuiſſe,

† poëtices

ANTISTROPHE COL. XVII.

Domitū mentes deſiderio, aureos per equos, ad ſupremā ualde honorati Iouis domū uexiſſe (quo & alio tēpore uenit Gānymedes † Ioui identidē uſui) Vbi uero nuſq̄ apparuiſti, neque te ad matrem multū inquirentes uiri reduxerunt, illico quiſpiā ex inuidis uicinis clam retulit, quod circa feruētem nimis aquā, gladio membratim diſſecuerint, mēſiſq; ſingulas tuas

† in eundē Ioui uſum.

carnes paterni miniſtri diuiſerint & abſumpſerint.

EPODOS COLON XIII.

Contineo uero me, ne quenquam ex ſuperū numero miſere ingluuiei deditū dicam, noxa enim crebrò cepit conuiciatores. Porrò ſi quiſquam mortalium dijs unquā in precio fuit, hic Tantalus fuit. Sed enim concoquere ingentem felicitatem non potuit: ex ſaturitate nanque incōmodū adſequutus eſt non facile exuperabile, quod ſuper ipſius caput Iupiter ſuſpendit, durum ſcilicet lapidem, quem perpetuò in animo cogitans à capite deijcere adfligitur. Pindari pietas.

STROPHE III. COL. XVII.

Fungitur autē imbelli uita illa, & cum tribus quartam hanc pœnā habet, † quod immortalibus dijs apparatum Nectar, Ambroſiamq́; in quibus incorruptibilitatem conſtituerunt dij, ipſe ſurripiēs, æqualibus cōpotoribus ſuis impertijt. Errat autē, qui ullum per- » petratū ſcelus deos latere putat. Propterea mox de- » miſerunt † ei filiū dij immortales rurſū ad ſubito morti obnoxiū humanū genus. Huic ubi florida ætate lanugo coronabat barbā, paratas animo uertit nuptias,

† labore implicitam.

† è cœlo.

ANTISTROPHE COL. XVII.

Ambiens in uxorem ſibi inclytam Hippodamiā Oenomai Piſæ regis filiam. Noctu itaq; canum ſolus accedens, mane accerſiuit grauiſonum Neptunum, qui eò loci ad uocem apparuit, cui dixit: Si Cypria quic-

quam tibi munera placent ô Neptune, impedi æream Oenomai haſtam, meq́; celerrimis in curribus Elin aduecta, animumq́; adde, poſtquàm tredecim procos perdens, anteuortit nuptias

EPODOS COLON XIII.

» Gnatæ. Ingens uero diſcrimen imbecillem nõ ad-
» mittit. Mori nobis neceſſe eſt. Quid autem quiſquam
» obſcuram ætatem in tenebris deſidens tranſigat fru-
» ſtra, omnis honeſti expers? At mihi id certaminis ini
» re decretum eſt, tu fortunatum euentum dona. Sic dixit, neq; fruſtra illius opem ſibi depopoſcit: adornans enim deus, currum dedit aureum, & indefeſſos curſu equos.

STROPHE IIII. COL. XVII.

Cepit aũt Oenomai uiolentiã, uirginemq́; cõiugẽ, quæ peperit populi ductores, ſex uirtutes ſolicite curantes filios. Nunc uero buſtis mortuorũ inſertus eſt, Alphei prope meatũ celeber, monumentũ, quod circumiri poteſt, habẽs, cum ara hoſpitũ frequentiſsima. Celebritas ſubinde procul uidetur Olympicorũ certaminũ in curſibus Pelopis, ubi uelox pedibus certat, acrimoniæq́; roboris laboris tolerantes. Qui uictor euadit, reliquũ uitæ mellita tranquillitate tranſigit,

Periphraſis, id eſt, mortuus eſt.

ANTIST. COL. XVII.

» Propter certamina. ſic ſemper tempeſtiuum quod
» obuenit bonum, cuiuis mortaliũ acceptiſsimũ. Me uero co

ro coronare illũ equeſtri lege † Aeolico carmine ope ræpreciũ eſt. Siquidem confido neminem aliũ utraq; honeſta animi, corporisq́; dotes uerius hymnorũ uarietate adornaturum, præter me. Deus rerũ noſtrarũ moderator exiſtens id unice curæ habet, ut conſeruet ſolicitudinis plenã fœlicitatem tuam ô Hieron. Quod ſi is me non ſubito deſtituerit, dulciori porrò carmine ſpero

† id eſt, uario

EPODOS COLON XIII.

me celebraturũ te, ubi ipſe celeri curru Olympia accedens, auxiliarẽ ſermonibus meis uiam inuenero. Mihi igitur Muſa fortiſsimum robore telum augeſcere facit, alij alijs rebus clarẽt: quod uero à nemine † exceditur, regum eſt. Proinde ne longius circunſpice, faxit autem deus, ut hoc uitæ tempore in regio faſtigio perſeueres, ego uero ſapientia per totam undiq; Græciam conſpicuus fiam, certaminũ uictoribus tanta Encomia concinendo.

† Id eſt, res omniũ præclariſsima.

THERONI ACRAGANTINO, qui curſu uicit. Ode II. Strophe I. Colon XIIII.

CIthar æ imperantes hymni, quem deum, quem herôa, quem hominem ſonabimus? Atqui Piſa quidem Iouis eſt, Olympiada uero ſtatuit Hercules, primitias ſpoliorũ belli. Theronem uero ob uicto

ria conſpicuum currum extollam carmine, iuſtum hoſpitem, murum Acragantis, clariſsimorumq́; progenitorum florem, urbium rectorem.

ANTISTR. COL. XIIII.

Acragantha cum flumine idem ſortitã nomen.

Qui multum animo feßi, ſacram habitarũt ſedem fluminis, Siciliæq́; fuerunt oculus, quos & ætas fatalis ſequuta eſt, diuitias & fauorem adductus, ac Gneſias iuxta uirtutes. At ô Iupiter Rheæ fili, ſedẽ Olympi gubernans, certaminũq́; uerticem, Alpheiq́; meatum, oblectatus odis, benignus patriam eis adhuc tellurem auge,

EPODOS COLON VIII.

„ Et nepotibus. Quæ uero ſiue iuſte, ſiue iniuſte facta ſunt, neq; Tẽpus ipſum, pater omniũ, infecta reddere queat. Mors tamen fortunata finẽ addere, ac obliuionem horum poßit. Inuiſum nanque malũ, gaudio bonorum oppreſſum emoritur,

STROPHE II. COL. XIIII.

„ Quando diuina prouidentia procul aduexerit altas diuitias. Qui ſermo ad lætas & modeſtas Cadmi filias item pertinet, quis, ubi magna perpeſſæ ſunt, grauis luctus decidit præ potioribus bonis. Viuit nũc in cœleſtibus à Ioue fulminata, crineſq́; paſſa Semela. eam amore proſequitur Pallas inceſſanter, & Iupiter pater impenſe, unaq; puer hædera coronatus. †

† Apollo.

AN

ANTIST. COL. XIIII.

Ferunt prætereà & inter marinas Nerei filias Inos incorruptibilem perpetuò uitam ducere, neque unquam interituram. Iam ſtatã mortis horam prorſum nõ habent mortales, neque unquam quietũ diem, Solis prolem, cum innoxio bono finiemus. Fluctus autem aliâs alij cum concupiſcentijs & laboribus inuaſerunt humanum genus.

Ino Cadmi filia.

EPODOS COL. VIII.

Sic & fatum, quod paternam hanc ſortem cum diuinis habet diuitijs, & mali quiddam contrarij alio tempore adducit, ut in Oedipode fatali nato perſpicuũ fit, qui patrem ſibi obuium Laium occîdit. Sed ab Apolline olim ædito oraculo ſatisfactum oportuit.

STROPHE IIII. COL. IIII.

Atqui toruum uidens Erinnys, perdidit ei mutua cæde † ſuperſtites præſtantes. Relictus eſt enim Therſander cadẽte Polynice, nouis certaminibus, prælijsq́; belli præclarus, germen auxiliare Adraſti familiæ, ex qua ſeminis radicem Theronis adſumit domus: decet ergo Theronem Encomijs carminibus, citharisq́; uenerarier.

† Superſtitem ſobolẽ, Eteoclen & Polynicen intelligit.

ANTIST. COL. XIIII.

Siquidem in Olympico certamine ipſe coronam ſuſcepit in Pythico & Iſthmico cõmunes ad eiuſdem fratrem ſortis Gratiæ, duodecies è curruum adduxe-

† coronam uictoriæ. runt curſibus † flores. Eſſe uero certaminis expertū uictoriáq; inſignem † à dolendis liberat † id quod à

†à triſtib9 diuitijs uirtute exornatis opportune accidit, quod al tam adeoq; ſeueriorem ſubminiſtrent ſolicitudinem.

† Diuitiæ ſanè uirtutibus exornatæ, horum & horū opportunitatē adferūt, profundam, adeoq; ſeueram adhibentes ſolicitudinem.

EPODOS COL. VIII.

Pœnæ apđ inferos malorum. Quin & clara huiuſmodi diuitiæ ſtella, & uerum homini lumen ſunt. Nam has qui poſſederit, nouit qđ futurum ſit, nempe quod poſt mortē imbelles & iniuſtæ mentes mox luant cōmiſſa: quod enim in hac terra delictum eſt, apud inferos quis punit, ubi iuſte malum antea dijudicans pœnæ rationem dederit.

STRO. IIII. COL. XIIII.

Gaudium bonorum. E diuerſo, æque noctu ſemper, & æque interdiu ſolem habentes continuū boni uita fruuntur, nec terra, nec mari, paupertatis abigendæ cauſa operantes. Sed enim apud colendos deos, qui fœdera ſeruarunt,

† Id eſt, nihil laborāt illachrymabilem ducunt ætatem, † nec uiſu cōprehenſibilem laborem ferunt.

ANTIST. COL. XIIII.

Quicunq; dein auſi ſunt ter utrinq; agentes † à uitijs prorſus alienam ſeruare mentem, abierunt à Ioue deſtinatam uiam, ad Saturni habitationē, cui nomen Tyrſis, beatorū illam inſulam, quam Oceanides auræ circumcirca perflant, ubi flores inſtar auri collucent:

alij

alij quidem terræ, alij uero ſplendidarũ arborũ, alios uero aqua nutrit, quorum flexuris & coronis manus † implicant. †ornant.

EPODOS COL. VIII.

In rectis conſilijs Rhadamanthyos, quem pater omnium habet Saturnus paratum ſibi aſſeſſorem & miniſtrum, Saturnus inquam Rheæ maritus, ſupremam occupantis thronum. Peleus & Cadmus item in his numerantur beatorum locis, quò & Achillem mortuum Thetis mater Iouem precibus flectens detulit.

STROPHE V. COL. XIIII.

Qui Hectorem bello non perſiſtentem, Troiæ firmam columnam ſubuertit, Cycnumq; Neptuni filiũ & Auroræ gnatũ Aethiopa Memnonem neci dedit. Multæ mihi ſub cubito in † pharetris acutæ ſunt ſagittæ, intelligẽtibus modo ſonantes. At omnino interpretatione opus habent. Sapiens natura multarũ rerum gnarus, diſcentes ubi inepta loquacitate corui immoderata garriunt.

† Allegoria, Pharetra, intellectus, mens, cubitus, cor, ſagittæ encomia ſunt, & natiua poëtices fœcunditas. Fatetur autem & ipſe, ut apparet ſatis, poëmatis ſui grauitatem, tum propter ſchemata, tũ grandiloquentiam, tum alia multa.

ANTIST. COL. XIIII.

Aduerſus diuinũ Iouis † alitem, adhibe nunc mete arcum, age mi anime, quemnam tangemus ex man †aquilam;

ſucta mente, inclyta mittentes tela? Acraganta uerſus tendas, ſancte nunc ex uera mente deiero, nullam centum retro annos ciuitatem ingenuo corde liberaliorem erga amicos uirum, abundantioremq́; manum produxiſſe

EPODOS COL. VIII.

Therone, ſed ad laudem abijt iniuſte occurrens, iniuria ignauis ab uiris, qui malis operibus, Theronis integritatem turbare uoluerunt. Poſtquàm ut arenæ numero comprehendi non poteſt, ſic beneficia, quæ in multos ille contulit, quis numeret?

EIDEM THERONI AD THEOXENIA. ODE III.

STROPHE I. COL. IX.

CAſtori & Polluci hoſpitalibus pulchræq́; comas Helenæ placere opto, celebrem ueneratus Acraganta, recte inſtituens hymnum ad ornamentũ equorũ (qui Olympica uicerunt pedes indeſeßi) Theronis. Sic mihi uariegatum inuenienti modum conſtituit Muſa, ut uocem carmine ſplendidam Dorico adaptarem cothurno.

†Theoxenia à Caſtore & Polluce inſtituta Panegyris erat, qua deos tum expectare, tum hoſpitio ſuſcipere ſolebant: qua in ſolennitate, quum litaret dijs Theron,

ron, de aliorum quoq; equorum eius uictoria ipſi nunciata eſt. Eam ob cauſam hãc Oden Pindarus cecinit.

ANTIST. COL. IX.

Nam adiunctæ iubis coronæ, faciunt ut hanc diuinitus inſtructam operam, citharamq; uarie ſonantẽ, & uocem tibiarum, carminumq; poſitum, Aeneſidami filio Theroni, pro decoro tribuam: quod item ex me efflagitat Piſa, à qua diuinæ ſortis hymni ad homines etiam tandem redeunt.

EPODOS CO. IX.

Quorum ſupra frontem, candidus certaminum arbiter Aetolus quidam, mandatũ iam olim ab Hercule erectum perficiens, alte circum comas ornamentũ ex oleaſtro glauci coloris impoſuit, quã olim ab opacis Danubij fontibus attulit Amphitryonides, ut eſſet pulcherrimũ Olympicorũ certaminũ monimentum,

STROPHE II. COL. IX.

Vbi perſuaſerat Hyperboreos, Apollinem uenerantes populum.† Pacatus enim Iouis petit delubro cuiuis patẽti umbroſum germen, quod hominibus cõmune ſit, uirtutibusq; coronã ſufficiat piam tũ, nanq; ipſi Ioui patri ſacrificijs imbutis aris, pleno ſuo orbe Luna aureo inuecta curru, totum noctis oculum, ſcilicet menſem perſpicuum reddidit. †*fidus*

ANTIST. COLON IX.

Ad hæc magnorũ certaminum caſtum iudiciũ, ſimul

gulis luſtris, in diuinis Alphei præcipitijs Hercu- les conſtituit. Verum enim locus in uallibus Saturnij Pelopis non pulchris florebat arboribus. Hortus ergo arboribus uacuus, uiſum eſt, ut in aprico ſolis radijs exponeretur. Iam tunc ad terram proficiſci animus ardenter deſidera-

EPODOS COL. VIII.

bat Iſtrianam. illic Latonæ filia Diana ſuſcepit ab Arcadiæ uenientem tum iugis, tum decliuibus, belleq́; neceſſarijs, patris nomine potiſſimũ, Euriſthei fratris mandatis armauit, aureis cornibus inſignem ceruam abducturum, olim à Taygeta Atlantis filia † Orthoſiæ ipſi dicatam.

† Orthoſia Diana eſt, ab Orthio Arcadiæ monte.

STROPHE III. COL. IX.

Quam dum aſſequitur, conſiderat porrò & horridam frigido Borea terram, ubi ſtans obſtupuit, arborum proceritatem reputans, earundemq́; deſiderio captus, cogitauit ut iuxta ſtatum equeſtris curſus finem, duodenis circunſcriptum flexibus haſce plantaret. Et nunc ad hoc feſtiuitatis propitius redit, cũ diuinis honeſtæ Lædæ liberis didymis.

ANTIST. COL. IX.

Quibus demandauit Olympũ ſecedens admirandum regere certamen, quod in uirtute uirûm cõſiſtit, atque facili motione curruũ. Me igitur animus impelle, ut

lit, ut gloriam † Emmenidis, Theroniq; uenturam prædicem & concinã, dantibus hanc, qui precioſis uehuntur equis, fratribus gemellis, quorũ cum alijs pleriſq;, frequentes hoſpitales menſas accedunt,

† Emmenidę Acragãtini ab Emmenide Theronis auo

EPODOS COL. IX.

Pia mente ſeruantes beatorum ſolennia. Præſtat quidem aqua cæteris elementis, aurum dein res opti ma, poſtremo Theron domeſticis uirtutibus clarus, & Herculis attingit columnas, ultra quas nec ſapientem, nec inſipientem progredi par eſt. At neque ipſe ego in animum ultra proficiſci induxero, uanus enim ſim, ſi fecero. »

† PSAVMIDI CAMARINAEO EQVIS. ODE IIII.

† Pſaumis Acronis filius 82. Olympiada quadrigis uicit. Siculus fuit: ſiquidem Camarina Siciliæ urbs eſt.

STROPHE I. COL. XV.

O Altiſsime impulſor duriſsimi tonitrui Iupiter, tuæ unà cum uario in cithara carmine, re uolutæ horæ, ſummorum me † teſtem certaminum le garunt. Dulce amicorũ de præclare geſtis rebus nuncium, bonos exhilarat. Itaq; Iupiter, qui Aetnã, Typhoni centum capitibus horrido ſuperpoſitũ onus habitas, accipe Charitum nomine, hunc de Olympica

† encomiaſten.

uictoria hymnum,

ANTIST. COL. XV.

Non interituram fortium uirtutũ lucem. Pſaumi dis nanq; curribus uenit, qui olea Piſatide coronatus gloriã excitare feſtinat patriæ ſuæ Camarinæ: Deus reliquis eius uotis adcõmodet ſucceſſum. Dummodo prædicem ipſum educationi equorum impenſe deditũ eſſe, ac læta erga quoſuis hoſpitalitate præditum, atque ad tranquillitatem, urbium amicam, pura ſententia reuerſum. Neque falſa loquar, experientia mortalium argumentum eſt, quam penes & hic indicari poteſt.

EPODOS COLON XII.

Quæ Clymeni filium Erginũ ex ignominia, qua à Lemniadibus mulierculis irretiebatur ſoluit, ferreis in uiſceribus uincentem curſu: qui etiam poſt coronam profectus Hypſipylæ retulit: Talis ego, manus & cor adhuc æqua uelocitate pollent. Naſcuntur & iunioribus ſæpenumero cani, uel præter ætatis congruum tempus.

EIDEM PSAVMIDI, CVRRV, Vehiculo & Equo. Ode V.

STROPHE I. COL. XIX.

OCeani filia Camarina, læto precor corde, ſuſcipias eximiarũ uirtutum & coronarũ, quæ ex Olympicis obueniunt uictoribus, iucundũ florem, † ac iuxta Pſaumidis, qui indefeßis uehiculi hemionis uicit, munera, qui tuã illuſtrem reddens ciuitatẽ, populorũ altricem, ſex aras geminas rite honorauit, maximis deorũ feſtiuitatibus, per ſacrificia boum & quinque dierum certamina, quibus † equis, † hemionis, & † uno fræno ſuperior euaſit. Tibi uero ô Camarina nympha, tenerã uictoriæ gloriam dicauit, patreq́; Acrona prædicauit, & à ſe nuper conditã ſedẽ. Camarina lacus & ciuitas eiuſdẽ nominis Pſaumidis patria. † curru † uehiculo. † celete.

ANTIST. COL. XIX.

Rediens dehinc ab † amabilibus Oenomai, Pelopisq́; tectis, ô Pallas, urbis tutelaris dea, caſtum ueneratur delubrum tuum, fluuiumq́; Oanum, patriæq́; ſtagnum & ſacros canales, quibus Hipparis irrigat exercitum, afformatq́; celeriter celſum firmarũ ædium nemus, ex deformitate ad lucẽ Camarinæos proferens. Atqui circa uirtutes & labor & ſumptus perpetuò depugnant, ut opus diſcrimine obtectũ adſequare: " *† quo potiti etiã à ſuis ciuibus ſapiẽtes eſſe iudicãtur.* " † à Piſa. Camarinã

† Virtutibus aũt & rebus præclare geſtis uitam ornatam ducentes.

STROPHE II. COL. XIX.

id eſt, Piſā. † Elin. * Creten ſem ſpelun cam, in qua Iupiter e ducatus eſt

O ſeruator Iupiter nubiū, qui Saturniū habitas cacumen, ac honoras † Alpheū late profluentem * Idæumq́; uenerandum antrum, ſupplex tibi uenio Lydijs concinens fiſtulis, petiturus ut hanc urbem inclyta fama auguſtam reddas. Tuq́; uictor Olympiorum, ut ſenectam tranſigas deſiderabilem & gratam aduſq; mortem, filijs tuis ſuperſtitibus. Si enim quis rebus
„ ſuis contentus ijſdem fruatur, claro adauctus nomine,
„ ne porrò deus eſſe nequicquam laboret.

AGESIAE SYRACVSIO SOSTRATI FILIO VEHICVLO.

ODE VI.

STROPHE I. COL. XI.

VT praeclaras ædes extructuri, aureas felici ueſtibulo columnas ſubſtituimus, deinde incepto operi faciē dare præfulgidam, haud præter decorū ſolemus: Sic ubi Olympiorum uictor, aræq; Iouis dictæ oraculis in Piſa cuſtos cohabitator inclytarū † Syracuſarum adfuerit, quem uir ille effugiat hymnū, occurrens in deſideratis non inuidorum ciuiū cantionibus?

†Parentes Ageſiæ Syracuſarum incolæ fuerunt, non ipſe: parentū aūt cōditionē & filio tribuit Pindarus.

ANTIST. COL. XI.

† Habeat autem in hoc calceo felicem pedem So ſtrati

ſtrati filius. Virtus, periculorum expers, neq; terra, neque mari precioſa eſt: multiq; meminerunt, ſi quid honeſti, laborioſe partum eſt. O Ageſia, tibi laus parata eſt, quam iure quidem Adraſtus olim in uatem Amphiareon Oiclis filium à lingua ſonuit, poſtquàm illi ſtrenuisq; equis eius ima terra dehiſcuit. »

†Opto ut hic hymnus optime congruat Ageſiæ.

EPODOS COL. XIIII.

Peractis enim iuſtis occiſorum ſeptem rogis, talem quendam ſermonem Thebis ædidit Adraſtus Talaionides: Deſidero militiæ meæ oculum, utrinq; uaticinio & bello eximium. idem nunc laudis exultantis domino, uiro adeſt Syracuſio. Atq; hanc illi quadrare laudem citra omnem contentionẽ & litem, clare profecto † teſtificabor, melliſonis etiam adſentientibus Muſis.

† uel magno præſtito iuramento.

STROPHE II. COL. XI.

*Cæterũ iunge mihi ô anime quamcelerrime * mularum fortitudinem, ut puram per ſemitam uehiculum feramus, & ueniã tandem † ad uirorum genus. Nam hæ præ reliquis hanc incedere uiam norunt, poſtquàm coronas tulerunt Olympicas. Decorũ eſt ergo hymnorum illis adaperire portas, quandoquidem opus eſt eas hodie in tẽpore accedere † Pitanan, quæ eſt iuxta Eurotæ defluuium domina.*

† Maiores Ageſiæ intelligit.

† Pitana ciuitas eſt eiuſdẽ noĩs cũ domina.

* Id eſt, fortes mulas, ut uis Telemachi, pro fortis Telemachus apud Homerum, ἱερὰ ἲς τηλεμάχοιο.

ANTISTR. COL. XI.

Quæ Neptuno mixta Saturnio dicitur filiam cæſaríc uiolacei coloris conſpicuã peperiſſe Euadnen: atque dum uirgo eſſet, fœtũ, in ſinibus occuluiſſe. deſtinato demum menſe amandans famulas iuſsit Herôi traderent alendum infantem Aepyto, Arcadum Phæſanæ regi, prope Alpheum nectenti moras, illic educata ab Apolline primum dulcem attigit Venerem.

EPODOS COLON XIIII.

Neque uero ſemper Aepytum latuit furtiuũ dei ſemen. At uero ineffabilem iram animo comprimens abijt ingenti cura, Apollinis ſciſcitatum oracula de intolerabili huius corruptione. Illa uero interim depoſita zona Punico tramate intertexta, urnáq; argentea ſub opaco arborum denſitate loco pariebat diuina ſapientem natum. Illi tum quidem aurea coma inſignis Apollo, cum Paticas, tum Ilithyian aßiſtere curauit.

STROPHE III. COL. XI.

A uiſceribus autem amabilis partus, mox in lucem prodijt Iamus, quẽ contriſtata reliquit humi. At duo cæſij dracones hunc, dijs ita uolentibus, educarũt innocuo illum apum ueneno delectantes. Poſtquàm uero ex aſpero Pythone redijt Aepitus rex, omnes in domo de puero percunctatus, quem Euadne pariat: Phœbo enim ipſum dixit progenitum

ANTIST. COL. XI.

Patre, deniq; uatem ipſum præ cæteris eximium fō re, neque unquam eius generationem interiturã. Sic itaq; retulit. Illi uero neq; audijſſe, nec uidiſſe redde• bant, quoniam quintus à partu dies illuxerat. Sed ob• tectus erat denſo ingentiq; nemore, uiolarumq; flauis & omnino purpureis humectatus † radijs, tenerum corpus. Vnde & paßim euolgauit ipſũ uocari mater

† rore

EPODOS COLON XIIII.

Nomine illo immortali Iamũ. Vbi † florẽ delecta= bilis pubertatis accepit omnino pulchrũ, deſcendens † ad medium Alpheum, uocauit latepotentem Neptu num ſuum progenitorem, Apollinemq; diuinæ Deli ſpiculatorem, petens regium quendam honorem capi ti ſuo ſub obſcuram noctem. Patria ueridica uox uoca uit Iamum, qui non exploratũ habens quis uocet, in= terrogauit quiſnã ſit. Pater uero, Age ſurge, inquit, fili, huc ad cõmunem imus regionem, famam inquiſi= turi perennem.

† lanuginẽ

† Id eſt, E= pidaurum.

STROPHE IIII. COL. XI.

Venerũt autem ad alti Saturnij celſam rupem, ubi duplicem illi uaticinij theſaurum tribuit. Ex eo qui= dem tempore uocem audire mendaciorũ expertem. Et ſiquando † opere confidens, uenerandum Alcida rum germen Hercules ueniat, ac patris celebritatem multitudine hominum, per frequentem, ritumq; maxi

† fortißim9

mum certaminum condat, tunc in ſumma Iouis ara menſam uaticinio accõmodam ponere iuſsit.

ANTIST. COL. XI.

Quamobrem percelebre Iamidarum genus apud
" *Græcos uel diuitiæ conſequebantur. Sic quibus uirtu*
" *tes in pretio ſunt, nobiles fiunt. Suum quenque opus*
" *oſtendit. Momus autẽ ex alijs inuidentibus imminet*
" *ijs, quibus aliquãdo ad curſum raptis duodecimũ, ue*
" *renda† primum gratia glorioſam formam adſtillat.*
Proinde Cyllenen Arcadiæ montem accolentes affi-nes tui.

†Hoc eſt, quos Olympica uictoria gratioſos decoros & reddit.

EPODOS COL. XIIII.

Mercurio deorum legato ſupplicibus, multisq́; ſacrificijs admodũ religioſe litarũt. O Ageſia, Soſtrati nate, qui certamina horumq́; ſortem continet, ac glorioſam Arcadiam honorat Mercurius, is & cum grauiſono patre tuam perficit felicitatem.† Gloriã in lingua habeo acutæ cotis, quæ me aliâs non inuitũ attrahit pulchrefluentibus ſpiritibus auis mea† Stymphalica formoſa Metope.

†Id eſt, hymnum.

†Arcadica

STROPHE V. COL. XI.

*Quæ cædentem equos Theben peperit, cuius amabili aqua ſitim meã reſtinguo, uiris iaculatoribus† uariũ hymnũ plectens. *Excita nunc ſocios Aenea, primũ quidẽ ut laudibus efferant Iunonem Partheniam,*

Id eſt, equeſtrem.

†iucundũ.

deinde

deinde agnoſcant ánne uetus opprobrium ueris rationibus effugerimus Bœoticam *ſuem.* Es *enim nuncius rectus, comptarum muſarũ* † *Scytala, dulcis crater ſuaue ſonantium carminum.* † *præco; epiſtola.*

*Aeneas magiſter chori, quo uſus eſt Pindarus, eo quod gracili uoce eſſet, nec in publico cõmodum audiri poſſet: uſi ſunt autem & canoræ & amplioris uocis poëtæ in certaminibus chori magiſtris.

Parthenium, Arcadiæ mons Iunoni ſacratus.

ANTIST. COL. XI.

Iube etiam ut ne obliuiſcantur Syracuſarũ & Ortygiæ, quam Hieron *mundo ſceptro gubernans, & recta conſulens rubros pedes habentem Cererem ueneratur, filiæq́; eius Proſerpinæ, curru albos habente equos inuectæ,* A*nacalepteria celebrat,* I*ouiſq́;* A*etnæi fortitudinẽ, ſuauiloquæ ipſum citharæ & cantus nouerunt, ne quatiat felicitatem eius futurũ tempus: cumq́; dextro adfectu ſuſcipiat* A*geſiæ laudem.*

EPODOS COL. XIIII.

† D*e domo ad domum à* S*tymphalijs muris uenientem, quæ eſt ciuitas* A*rcadiæ ſumma.* P*roſunt autẽ agitata ſurgentibus noctu procellis, & duæ ex naui proiectæ anchoræ.* D*eus autem horum & illorũ ſortem undiq; cum gloria perſpicuam efficiat.* O *cui maria curæ ſunt* N*eptune,* A*geſiam amans, rectum oro nauigiũ extraq́; periculũ dona,* A*mphytrites aureũ colum geſtantis coniux: meorum uero hymnorũ adauge permulcentem florem.* † *de una patria ad alteram.*

DIAGORAE RHODIO PVGILI, QVI VICIT LXXIX. OLYMPIADE. ODE VII.

STROPHE I. COL. XI.

VT ſi quis à diuite manu phialam accipiens ridentem intus uitis rore donet recenti ſponſo, unà cum uino propinans, ab una ad alteram domum transferendo aureum omnino rerum uerticem, Sympoſij oblectationem, qua ſimul honoret affinitatẽ ſuã ſoceri, & ita præſentibus amicis eo munuſculi æmulatorem reddat ſponſum unanimis genialis thori:

ANTIST. COL. XI.

Sic ego Nectar ſuapte ſponte fluens, Muſarum donum, brauij latoribus mittens dulcem animi fructum, exhilaro Olympios Pythioſq; uictores. Felix ille quẽ famæ bonæ continent. Aliâs aliũ gratia uiuificans reſpicit cum ſuauiſona quidem cithara, uarieq; reſonantibus tibiarum uiſceribus.

EPODOS COL. XIII.

Et nunc cũ utriſq; cum Diagora deſcendi, laudans marinam Veneris filiam, Soliſq; uxorem Rhodon, bello longe ualentem, ut fortem uirum prope † Alpheum coronatũ, & prope † Caſtaliam pugillatoria propter munera extollam, patremq; iuxta Damagetum, cui iuſtitia cordi eſt, † qui cum Argiua multitudine treis

Rhodus inſula & nympha.

† Olympia

† Pythia

† Pater & filius.

ne treis ciuitates complectentem † inſulã apud * Embolum amplæ Aſiæ habent. † Rhodũ.

* Lyciam, figuram Emboli, quod eſt acuti nauigij genus, conſtituentẽ.

STROPHE II. COL. XI.

† His autem qui originem à Tlepolemo duxerunt, puta latepotenti Herculis generi, cõmunem proferre † ſermonẽ uolo: quod ad patrẽ attinet, ex Ioue: quod ad matrem, ex Aſtydameia Amyntoris filia initiũ ſumere contendunt. Circa humanam porrò mentẽ innumeri errores pendent: confieri tamen non poteſt, † Rhodijs † laudem

ANTIST. COL. XI.

Vt id quod nunc, & in morte cuiquam præſtantiſſimum reperiatur. Etenim Alcmenæ fratrem nothũ, conto duræ oleæ quatiens, ex ædibus Mideæ matris ſuæ uenientem Licymnium occidit Tirynthi, quam tum inhabitauit indignatus Tlepolemus (Mentiũ uero perturbationes & ſapientibus non raro impoſuerunt) Conſuluit autem Delphis:

EPODOS COLON XIII.

Quem quidẽ ex bene olenti templi adyto iuſsit auricomus Apollo ex Lernæo littore nauim ſoluere, ad mari circũſepta paſcua, ubi quondam deorũ magnus rex aurea niue rigauit ciuitatem, quando Vulcani organo, ærea nempe bipenni, Minerua ex patris uertice proruens, uehementer clamauit, ut cœlum ipſam trepidaret, almaq; parens Tellus.

STROPHE III. COLON XI.

† Sol Hyperiõis filius

*Tum & lucem accommodans mortalibus † deus Hyperionides, rem profuturã charis filijs mandauit, ut obſeruarent, quo ſcilicet primi deæ aram perſpicuam conderent, religioſumq́; ſacrificium ponentes patri, ac iuxta filiæ haſta fremẽti, animũ placarent. Virtutem hoc pacto & lætitiam hominibus iniecit uenerandus * Prometheus.*

*Rerum agendarũ præmeditatio atque prouidentia.

ANTISTROPHE COL. XI.

Aſcendit & obliuionis interdum incognita nebula, rectamq́; rerum uiam è mentibus attrahit. Atqui aſcenderunt, non habentes ſemen ardentis flammæ. Dumq́; inſtruũt ſacrificijs igni carẽtibus in arce arã, multũ illis auri Iupiter adducta nebula pluit. Ipſa uero artem eis præbuit

EPODOS COL. XIII.

† Cæſia Minerua terreſtriũ omnem, manibus opere præſtantibus obtinere. Vici itaq; Rhodiorũ urbis, opera animantibus terræ ſimilia ferebant: eratq́; ingens gloria. Docti autem ſapientia maior & certior eſt. Ferunt præterea ueteres hominũ fabulæ, nuſquam quom Iupiter & immortales dij interſeſe terram diuiderent, in alto pelago Rhodon apparuiſſe, cæterum in marinis profunditatibus occultatam eſſe.

†Statuariã Rhodios Minerua edocuit, qua & ipſi primum claruere.

STRO

STROPHE IIII. COL. XI.

Abſente itaq; Sole, nemo ſortem illi mõſtrauit, ſed planè extra omnem regionis cuiuſpiam ſortem † purum liquere deũ. Id ubi tandẽ ad memoriã reuocaret Sol, Iupiter ſortem rurſus poſiturus erat, niſi Sol non admiſiſſet, confirmans cauum ſe ſalum introſpicere, creſcentemq́; à litore terram, pabula cum hominibus tum pecudibus miniſtrantem.

† Ab effectu id eſt, purificantem.

ANTIST. COL. XI.

Illico Sol iuſsit aureo redimiculo ornatam Lacheſin † manus extendere, deorumq́; magnũ iuramentũ non fallere, cæterũ cum Ioue ſpondere ad clarũ æthera emiſſam inſulam capiti ſibi ſuo in ſortẽ poſt hæc cedere. Perfecta ſunt igitur ſermonũ uertices in ueritate cadentes, refloruitq́; tandem ex humido ſalo

† calculum ſuũ addere

EPODOS COL. XIII.

Inſula: habetq́; ipſam prominentem genuinus radiorum pater, ignis ſpirantium equorũ princeps. illic Rhodo aliquando mixtus, ſeptem filios ſapientiſsimas cogitationes, præ uiris prioribus acceptantes peperit, quorum unus quidem Camiron, natuq́; grandem Ialyſon genuit, ac Lyndum, qui patriam terrã, ciuium ſortem, ſeorſum habẽtes, tripliciter diuiſerũt, ut ſua cuiq; ſedes uocaretur.

STROPHE V. COL. XI.

Vbi dulcis miſerandæ calamitatis † libertas Tle

polemo Tirynthioru͂ principi conſtitutus eſt. *Atque ueluti deo pecudum cæde conſtans pompa, & iudiciu͂ de certaminibus, quorum floribus Diagoras bis coronatus eſt, in celebri Iſthmo quater adeptus, Nemeáq; aliam ad aliam coronam, & aſperis in Athenis*.

†Honor, id eſt feſtiuitas Tlepolemia dicta, quibus ludi & certamina ad Tlepolemi celebritatem annue fiebant, qui apud Ilium cu͂ Rhodijs eò profectus perijt.

ANTIST. COLON XI.

*Quando in Argo æs (Hecatombæoru͂ corona) cognouit ipſum (uictorem) & quæ ſunt in Arcadia & Thebis opera certaminaq́;, Bœotiæ lege ſancita, Aegina, deinceps & Pellacea uincente͂ ſexageſies, neq; aliud *lapideum ſuffragium in ædibus nomen habet.*
† *Siculi* *Sed ô Iupiter pater, curans extrema† Atabyrij montis, honora hymni legem & Olympionicen.*

*Lapideu͂ ſuffragium columnam accipit lapideam, cui nomen uictoris Diagoræ inciſum erat.

EPODOS COL. XIII.

*Virum, qui pugnis uirtutem inuenit, donaq; illi uenerandam gratiam † tum apud ciues, tum apud exteros, poſtquàm *uiolentiæ inimicum iter recte perambulat. Tu cui exploratum eſt, quàm illo bonoru͂ patrum rectæ mentes, ueluti Apollinis oraculo utebantur, ne ſupprime laudabile ſemen† Callianactis, cum Gratijs Eraſtidaru͂. Habet & Rhodus † conuiuia. In una uero ſorte temporis aliquando aliæ auræ ſpira͂t.*

†*domi & foris.*

† *gaudia*

In

* Iniuriæ expertem uiam, id eſt qui iuſtitiam erga omnes exercet.

† Callianax & Eraſtides Diagoræ progenitores.

ALCIMEDONTI LVCTATORI ET TIMOSTHENI LVCTATORI FRATRIBVS, ET MELESIAE VNCTORI.

ODE VIII.

STROPHE I. COL. IX.

O Certaminum, quæ pulchras uictoribus coronas ſufficiunt, mater Olympia, domina ueritatis, ubi diuini uates ſacrificijs incenſis ſigna inquirentes, à Ioue altitonante reſciſcunt, ſi quem habeat ſermonem hominum, magnam animo uirtutem captare laborantium, atq; laboribus reſpirationem.

ANTISTROPHE COL. IX.

Gratum uero æditur oraculum piorum ſupplicationibus. At ô Piſæ denſum arboribus prope Alpheum nemus, hanc laudem coronatorũ amplectere. Ingens quædam perpetuò gloria eſt, ſi quem tuũ ſplendidum uictoriæ ſequatur munus. Alia uero alijs obtingunt bona, multisq; uijs, cui uolunt dij, benefaciunt.

EPODOS COL. XI.

Timoſthenes: Vos autem aſciuit fatũ Ioui generationis autori, te quidem Nemea conſpicuum, Alcimdontem uero apud Saturni cacumen poſuit Olympionicen, † *qui non forma, quæ illi eximia erat, ſed opere potiſsimum exhibens ſeſe, lucta ſuperior proclamauit patriam ſuam nauticam Aeginam, in qua Ioui hoſpitali aßidens Iuſtitia, exercetur ſaluatrix*

†Erat autem aſpectu pulcher, nec opere formam deturpans, lucta ſuperior, &c.

STROPHE II. COL. IX.

" *Excellens hominũ. Nã ubi multitudo resq́; uariæ*
" *ſe recipiunt, ibi rectá non infeliciter animo diſcernere*
" *difficile eſt, legemq́; quandam immortaliũ depoſcit.*
Atqui hanc obfirmatam ſalo regionẽ omnis generis ſubſtituit hoſpitibus felicem columnam (quam & nullo non tempore iuſtitia incolumẽ conſeruent ſuperi)

ANTIST. COL. IX.

Id eſt, ab Argiuis. *Doricnſi populo adminiſtratã poſt Aeacũ, quem Latonæ filius Apollo, latéque imperans Neptunus, Ilio apparaturi* † *coronã accerſiuerunt coadiutorem operi: quod illi fato indicatum erat, ſurgentibus olim bellis, in urbiũ uaſtatricibus prælijs uehementem Iliacis muris reſpiraturum fumum.*

†murum

EPODOS COL. XI.

Poſtquàm noua extructa eſt turris, horribiles uiſu

dracones

dracones treis in hanc inſidientes apparuere: quorũ duo quidem mox † adflicti, ſpiritus abiecerũt, tertius uero uehemẽti clamore irruit. Interpretatus eſt, con feſtim intelligens infortunatũ prodigiũ, Apollo. Per gamus, inquit, ô Heros, ex † tuis manus operationi-bus capietur, ſic adlegatum mihi Saturnij Iouis gra uiter tonantis oraculum adſerit.

† contriſtati, id eſt obierũt diem.

† tua manu

STROPHE III. COL. IX.

Nec ſine tuis liberis, cæterũ † cũ primis, & quartis incipiet. Sic deus clara dicens, celeriter ad Xanthum abijt, & celebres equis Amazones Hyperboreosq;. Neptunus uero ad marinam Iſthmum uelocem curſum concitauit, aureis huc equis tranſmittens Aeacum.

† Primi circa Pelea & Telamona. 2. Aiax & Achilles 3. Neoptolemus. 4. Aeacus. 1. Telamon. 4. Neoptolemus.

ANTIST. COL. IX.

Perrexitq; ad iuga Corynthi, inclyta conſpectu-rus libamina. Idem uero non æque delectat omnes. Proinde ſi Mileſiæ ad gloriam, quam imberbis tulit, hymno occurram, non impetet me aſpero lapide Inuidentia. Etenim eam uictoriæ gratiam, quam iunior exiſtens adeptus eſt, parem illi pugnæ cenſeo, qua uirili toga ſumpta, palmam præripuit

EPODOS COL. XI.

In Pancratio. Docere ei qui didicit, facile eſt: ſtul-

tum uero non antea didiciſſe. Leuiores nanque inexpertorũ diſciplinæ mentes ſunt. Quod ſi doctus artẽ ſuam præ alijs tradere poteſt ſublimius, qua uia augebitur, ex ſacris certaminibus deſiderabiliſſimam gloriam allaturus? Nunc enim ipſi munus præſto eſt Alcimedon triceſimam uictoriam nactus.

STROPHE IIII. COL IX.

Qui à fortuna quidem dextræ fortitudinis nõ aberrans, quatuor iuuenum membris reditum ad patriam infenſiſſimũ, ingloriam linguam, & clandeſtinũ iter poſuit, mentem hac ratione ſenectuti contrariam adeoq; lætam, auo ſuo inſpirans. Inferorũ ſanè obliuiſcitur, quiſquis optima peragit.

ANTISTROPHE COL. IX.

Decorum eſt ergo mentionem facere me Blepſidarum, eiſq; manuũ florem uictoria præſtantem offerre, quorum nunc generi ſexta circũpoſita eſt à † phyllophoris certaminibus corona. Nã & mortuis quædam iuſta pars eſt, quod preclare geſtum eſt. Neque pulueris ſitus congenitorum raram gratiam occulit.

† folia, flores, aut coronas ferentibus.

EPODOS COL. XI.

Ad hæc Iphion Alcimedõtis parens, audiẽs Mercurij filiam nuncium, prædicet ſplendidum Olympiorum ornamentum † Callimacho, quod ſuo generi Iupiter præbuit. Idem bona opera bonis cumulet precor, graueſq; morbos arceat, nec honeſtæ ſorti male cõcilia

† progenitori.

cōciliatam, conſiliaq; diſsipantem inijciat † Nemeſin, ſed trāquillā donās uitā, ipſos multiplicet, & patriā.

† Id eſt, inuidiam.

EPHARMOSTO OPVNTIO LVCTATORI.

ODE IX.

STROPHE I. COL. XVI.

SOnorum Archilochi melos (Chere Callinice τηνέλλα) in Olympia ter repetitū ſatis fuit apd' Cronium cacumen, ut præiret charis cum ſocijs chorum ducenti Epharmoſto. Atqui à Muſicis † arcubus procul iacientibus ad Iouem fulgure rubentem, uenerandumq; * Elidis promontorium huiuſmodi laudibus egredere, quam Lydius Heros Pelops pulcherrimam Hippodamiæ dotem accepit.

† id eſt, telis

* Id eſt Piſam. Fuit enim Olympia Epharmoſtus & Pythone uictor.

ANTIST. COL. XIII.

Alato quoque telo impete Pythonem. Neque uero repentibus humi ſermonibus cœperis, circa luctas uiri citharam quatiens, oriundi ex celebri Opunte, laudans eam & ciuem, quam Iuſtitia, huiuſq; filia urbiū ſeruatrix grauiſsima Aequitas, ſorte obtinuit uirtutibus æque florentē prope Caſtaliā, Alpheiq; fluentū, ubi coronarū flores inclytam Locrorū parentem arboribus ſplendidam extollunt.

Caſtalia fōs Pythonis.

EPODOS COLON. X.

Ego uero charam ciuitatem claris illuſtrans carminibus, & generoſo equo, & ſequndo uento impulſa naui celerius, omnem hanc famam diuulgabo, * *ſi modo fatali quadã machina præelecto gratiarũ horto fruor. Illæ enim delectabilia præbuere.* † *Bonitas autem & ſapientia ex dijs modo*

* Hoc eſt, ſi deũm uoluntate grata poëmata pango.
† Boni & ſapientes uel dijs interdum reluctati ſunt.

STROPHE II. COL. XVI.

Proueniunt. † *Qui enim aduerſus tridentem clauam quaſſauit Hercules manibus, quando circa Pylũ conſtitutus litem mouebat Neptunus, contendebatq́; cum eo aureo arcu belligerans Phœbus. Neque Pluto immotam tenebat uirgam, qua mortalia corpora ad cauum deducit uicum defunctorum? Sed facessant hi ſermones, quandoquidẽ dijs conuiciari, ſapientia inuiſa ſit, importunaq́; gloriatio*

† Interrogatiue legi poteſt, uel aſſertiue, ſic: Poſtquã aduerſus clauam, &c. Eſt enim paradigma quo probat ſententiam: Boni & ſapientes &c.

ANTIST. COL. XVI.

† *Inſaniæ conſonat* † *Protagenia, Opuntis filia.*

† *Inſanijs præludit. Ne mihi nunc os cum illiuſmodi obſtrepas. Sine bellum pugnamq́; omnem à dijs ſeparatam, adferasq́; linguam ad urbem* † *Protogeniæ, ubi tonitru uarij Iouis arbitrio Pyrrha & Deucalion à Parnaſſo deſcendentes, domum ponentes primum*

mum

mum ſine cubili † protulerunt lapideum fœtum: qui populi nominati ſunt. Excita Odarũ eis ſonorũ iter, cõmenda quoque uetus uinum, ac hymnorũ flores

† poſſederunt.

EPODOS COL. X.

Recentiorũ. Ferunt ſanè terram nigram, aquæ robore ſubmerſam, cæterum Iouis conſilio, ſubitum diluuij ſeceſſum factũ. Ex illis primũ fortiſsimi progenitores ueſtri fuere, Promethei de genere, filiabuſq; Iouis præſtantiſsimus, indigenæ patriæ reges ſemper.

STROPHE III. COL. XVI.

Antea enim Olympius princeps Opuntis filiam à terra Epæorum clam ſurripiens, in Menali iugis ei mixtus eſt, & Locro attulit, ne deſtinatum † fato tempus orbum prole eum ſeponat. Porrò uxori maximũ ſemen fuit, & impendio lætatus eſt heros, uidens ſuppoſititiũ filiũ, materniq; aui nomine ſimilem eſſe iuſſit, uirum forma & operibus præſtantem, † ciuitatẽ deniq; & populum illi regere dedit.

† Id eſt, morti.

† Opunta.

ANTIST. COL. XVI.

Aduenerunt itaq; hoſpites ex Argo & Thebis, tum Arcades atque Piſatæ. Præ omnibus autem Actoris Aeginæq; filius Menœtius Opunti in pretio fuit, cuius filius Patroclicus, cum Atridis ad † Teuthrantis terram profectus, cum Achille ſolus perſtitit, quando fortes Danaos in fugam abigens, ad naues uſq; Telephus compulit, ut facile ſit cordato certo diſcere, Pa

† Myſiam

trocli uirtutem & prudentiam. Vnde & Achilles in duro Marte cum

EPODOS COL. X.

Adhortabatur, nequaudo ſine ſuo mortales domante iaculo ſe in aciem conferret. Vtinam ſim ſtudio ſus argumẽtorũ ad canendũ inuentor in Muſarũ curru, fiducia uero & abundæ uires cõſequãtur me. Nã ex † amicitia & uirtute cõmendator ueni Iſthmiarũ * Lampromachi mitrarũ, quandò utriq; (Epharmoſtus & cognatus eius) adſequuti ſunt

† Vel hoſpitali uirtute.

* Lampromachus Epharmoſti cognatus fuit.

STRO. IIII. COL. XVI.

Vno die coronã; Aliæ uero duæ, tum in † Corinthi portis lætitiæ, dehinc & in Nemeæ ſinu Epharmoſto contigerunt. Argi ſubinde gloriam uirorum accepit, at puer Athenis. Vt uero Marathoni ab imberbis auerſus, ſeniorũ certamen de argenteis phialis expectabat: quos & acri uerſura, ne pauxillum quidẽ humi deflexus, domans, pertranſijt circulũ ſtadij, bone deus, quanta uoce formoſus ille adulesẽs, ac iuxta pulcherrima patrans id peregit?

† Iſthmo.

Marathon argenteas, Athenæ aureas dabat coronas.

ANTIST. COL XVI.

Quibus † Parrhaſio exercitu, admirabilis exiſtẽs apparuit circa Lycæi Iouis cõcionẽ. Et quãdo pharmacũ frigidãq; uẽto propulſans aurã * Pellanæ ferebat. † Iolai tymbus, maritima deniq; † Eleuſis ſplendoribus eius teſtimoniũ dicit. Quod uero naturæ eſt. totum

† Penes quẽ Iolia uicit Thebis ſiue Herculæa.

totum eſt optimũ. Multi uero doctrina acquiſitis uir tutibus famam inquirere conati ſunt. Sed quicquid ex deo non eſt, non iniuria obticeetur. Nam aliæ uiæ ſunt

†Parrhaſia Arcadiæ pars, ubi Lycæi Iouis certamen agitur.

* Periphraſis Chlænæ, qđ munus erat uictori uelut tribones. Agon Pellanæ Hermæa uocabatur: agitur autem Mercurij & Apollinis feſtum Theoyenia.

† Eleuſi Atticæ Eleuſina peragebantur Cereris & Proſerpinæ epathlon, horũ crithæ.

EPODOS COL. X.

Alijs excellentiores. Eadem autem nõ omnes nos alet exercitatio. † Sapientiæ quidẽ excelſæ ſunt. Hoc tandem brauij adferens, alte clama, haud dubie hunc uirum diuinitus eſſe, manu & membris, ac toto corpore dextrum, ipſoq; uultu fortitudinem præ ſe ferentem, qui Aiaceã aram, ubi in Oileijs uictor euaſerat, corona redimiuit.

† *Sapientia quidẽ excelſa eſt.*

AGESIDAMO LOCRO EPIZEPHYRIO PVERO PVGILI. ODE X.

STROPHE I. COL. VIII.

O Lympiorum uictorem ad memoriam reuocate mihi Archeſtrati filiũ, quo locorũ mentis meæ ſcriptus ſit, dulce nanque melos debens eius oblitus ſum. O Muſæ, atqui tu † unà cum Veritate Iouis filia, recta manu arcete mendaciorum longe diuagantem ſermonem.

† *O Muſa Calliope.*

ANTISTR. COL. VIII.

A longe enim aduenićs futurum tempus, meum pudefacit ingens debitum. Attamen dilationem tandam fœnus perſoluere poteſt. Nunc ubi præeffluens fluctus ſubmergit uolubilem in littore calculũ, ubiq; † cõmunem ſermonem ad charam oblectationem exoluemus.

† Id eſt, celebrem.

EPODOS COL. IX.

Porrò ſynceritas urbem Locrorum Zephyriorum adminiſtrat, illisq; curæ eſt Calliope, & ferreus Mars: conuertit autem in fugã Cicnea pugna, & uiribus præſtantẽ Herculem, Pugil uero Ageſidamus Olympiada uincens † Iolæ refert gratiam, quemadmodum Achilli Patroclus. Sic alium uirtute exercens, alius ad ſublimem euexit † gloriam dei munere.

† Iola unctor Ageſidami.

† famam.

STROPHE II. COL. VIII.

Labore uacantem lætitiã, uitæ lucem, ante omnia opera pauci quidã adſequuti ſunt. Me uero certamen excellentiſsimũ canere fata cõcitarunt Iouis, quod iuxta ueterem Pelopis tumulum uis Herculea condidit, poſtquàm Neptunium innoxium ſacerdotem

ANTIST. COL. VIII.

Occidit, atque Eurytum, ut ſeruitutis ſuæ mercedem, à ſuperbo Augea, uoluntarius ab inuito exigeret. Sub † Cleonis enim inſidias tendẽs in itinere, domuit illos Hercules, quod & antea Tirynthum exercitum

† Argolicæ oppido.

citum in angulis Elidis cunctantem, populati erant.

EPODOS COL. IX.

Moliones arrogantes. Atqui deceptor amicorũ Eliorum rex, non multo poſt tempore conſpexit patriam prædiuitem, partim duro igni, partim diris ferri plagis, in alto noxæ fluctu conſtitutã ſuam ciuitatẽ. Iam bellum fortiorum abigere res dubia eſt: quin & ipſe Augeas captiuus poſtremo occurrens, acerbam mortem effugere non potuit.

STROPHE III. COL. VIII.

Poſt hæc Hercules, in Piſa totum congregans exercitum, omnemq; cõmeatũ, fortis Iouis proles, definiebat diuinum maximo patri nemus circũcirca munitum. Altin quidem in mundo loco ſtatuit: quod uero in circuitu (nemoris) ſolum erat, conuiuio locũ dedit, ueneratus Alphei tranſitum

ANTISTROPHE COL. VIII.

† Cum duodenis deorum regibus, ac montem Saturni prædicauit: antehac enim incelebris, ſub Oenomao rege multa niue irrigabatur. Ibi in primogenita feſtiuitate Parcæ quidem prope aſtiterunt, & ſolus promptam

†Id eſt, ſenis altaribus, quorũ quilibet duobus dijs conſecratus erat.

EPODOS COL. IX.

Veritatem arguens Tempus, quod & antea nobis clarum, ubinam ſcilicet cõparata bello ſpolia, adeoq;

primitias ſacrificauit, apertius exhibuit, utq́; quinquennem ſtatuit feſtiuitatem. Proinde quiſnam in prima Olympiade, & Nicephorijs recentem nactus eſt coronã? manibus, pedibus, & curribus † gloria cõſpicuus, certaminis iactationẽ uicto de uiribus auferens.

Gloriæ ſibi ducens, adẽptã ſua uirtute uicto gloriationẽ

STRO. IIII. COL. VIII.

Quippe in ſtadio ad iuſtã longitudinẽ recte protẽſo curſu, Oeonus Licymnij filius primas tenuit, dux † Medeæ lucta Echemus Tegean glorificauit, Doriclus autem ſummam cæſtus tulit, Tirintha † ciuitatẽ habitans. Quadriga demum

† Argolicæ ciuitatis.

† Argi

ANTIST. COL. VIII.

Halirrhothius Mantineus Phraſtor haſtæ proiectu ſcopũ attigit. Eniceus petrã uertẽs manu præ oĩbus longius proiecit, & ſociorũ turbã nõ paruã ad ſtuporẽ egit, accẽditq́; ueſpere iucũdũ lunæ ſpecioſæ lumẽ.

EPODOS COL. IX.

Sonabat autem omne delubrum in delectabilibus conuiuijs uictorum laudes. Et nunc priores ceremonias ſequuti, ad celebrem gratiam ſublimis uictoriæ, tonitru & igni flagrans telum horriſoni Iouis, ardensq́; fortiſſime compactum fulmen canamus. Atque hic tenere oblectans hymnus tibijs efferetur Odarum, ſeu occurret † ad fiſtulam carminum.

† ad fiſtulã dicetur.

STROPHE V. COL. VIII.

Quæ apud percelebrẽ Dircen olim quidẽ apparuæ

runt. Sed ut puer ex germana uxore patri deſiderabilis, ueniente rurſum iuuẽtute, magis aũt inflammat amore mentem, poſtquam diuitiæ nactæ regem alium ſucceſſorem, morienti ſunt triſtißimæ.

ANTIST. COL. VIII.

Sic eſt quãdo egregia facinora pagẽs ſine hymno, Ageſidame, ad Ditis † portũ acceſſerit, inaniter enim ſpirans labore ſuo breui admodũ oblectatus eſt. Tibi uero ſuauiſona lyra, dulcisq; tibia reddit † gratiam. Sed & Pierides Iouis filiæ tuam adaugent famam. † ædes. † iucunditatem.

EPODOS COL. IX.

Et ego adiunctus Muſis, in inclytam Locrorũ gentem incidi, melleq; fortem ciuitatem irrigans, filiũ Archeſtrati amabilem laudaui: quem uidi præſtantem † manus fortitudine ad aram Olympiam eo quidem temporis, forma, ætateq; adornatũ, quæ impudentem à Gannymede mortẽ unà cum Venere prohibuit. † robore corporis.

EIDEM AGESIDAMO

FOENVS. ODE XI.

STROPHE I. COL. VI.

EST quando uentorum plurimus ſit inter homines uſus, eſt & quando cœleſtium aquarũ pluuialium, quæ Nubium ſunt filiæ. Sin labore quis bene agat, melliti hymni fiunt illi principia poſteriorũ ſermonũ; nam & cõſtans fœdus eſt magnis uirtutibus.

ANTIST. COL. VI.

Abundans autem laus Olympiorũ uictoribus cõſtituta eſt ô noſter, quam & noſtra lingua diſpenſare geſtit. Dei enim prouidentia quiſquã ſapiẽtibus perpetuò curis floret. Noueris itaq; nunc Soſtrati fili Ageſidame, tuæ pugillatoriæ cauſa

EPODOS COLON X.

Ornamentum in corona aureæ oleæ dulciter euebam ad deos, Locrorũ Epizephyriorũ generationẽ magniducẽs, quã penes & unà uos mecũ ô Muſæ collaudate. Spondeo enim uos non aduerſantẽ hoſpites exercitũ, neque honeſti inexpertũ, cæterũ ad ſapientiſsimos belligeratores acceſſuras. Natura nanq; inſitum morem, neque aſtuta uulpecula, neque terribiles leones facile permutarint.

ERGOTELI HIMERAEO LONGE CVRRENTI. ODE XII.

STROPHE I. COL. X.

Supplico tibi ô Iouis libertatis autoris filia Fortuna ſeruatrix, ꝓ ciuitate Himera latepotẽti. Tibi mari gubernantur ueloces naues, terraq́; uehementia bella, & ſenatoriæ conciones. Spes quidem hominum, multa ſurſum, rurſum multa deorſum uolutant, mendacia uana ſecantes.

ANTIST. COL. IX.

Nemo quiſquam mortalium, ſignum certum de fu- " tura actione, ex deo reperit: futurorũ ſanè conſilia cæ- " ca ſunt. Et pleraq; hominibus præter ſententiam eue- " nere uoluptati cõtraria: alij uero triſtibus poſtquàm " incurrere procellis, alto bono malum repente per- " mutarunt.

EPODOS COL. X.

Fili Philanoris, atqui & tuus pedum honor, in natali ſolo emarcuiſſet inglorius, perinde atque gallus gallinaceus domi pugnãs, niſi fortunæ tuæ aduerſum bellum priuaſſet † Cnoſia te patria. Nunc uero Olympia coronatus, & bina uice Pythone & Iſthmo Ergoteles, calida Nympharũ lauacra † baiulas, uelut in propria tellure habitans.

† Id eſt. Creta.

† Id eſt, ex altas.

XENOPHONTI CORINTHIO CVRSV ET CVRSORI, ET QVINQVERTIO. ODE XIII.

STROPHE I. COL. XI.

TEr Olympia uincentem Xenophontis domũ, erga ciues mitem, erga hoſpites amicam, agnoſcam felicem Corynthum, Neptuni, qui in Iſthmo colitur, uiris ſplendidum ueſtibulum, In ea æquitas uer

ſatur, ſororesq́; fundamentum urbiũ tuta Iuſtitia, & eiuſdem moris pax, uiris diuitias promentes, aureæ filiæ bene conſulentis Themitos.

Themis honeſtatis dea.

ANTIST. COL. XI.

Quæ †ſaturitatis matrem Iniuriam arcere uolũt ſermone temerariã. Sunt mihi præclara dicenda, quæ ut in medium proferã, recta quædam audacia me cõpellit. Primum difficile eſt ingenitum occultare morem. Vobis uero Corinthij ſæpe ſpecioſæ horæ uictoriæ ſplendorem, cum ſummis in ſacris certaminibus præeminentiũ uirtutibus dedere. Sæpe præterea & cordibus uirorum iniecerunt

†Hypallage eſt, etenim ſaturitas eſt iniuriæ mater.

EPODOS COL. XI.

Antiquam ſapientiam, omneq́; inuentionis opus. Bacchi quondã Charites cũ † Dithyrambo, bouem (ludi præmium) trahente, illic apparuerunt. Ecquis in equinis uiſceribus menſuras, deorum item in templis Aquilam geminam, auium regem poſuit? apud quos Corinthios & Muſa ſuauiſona, & Mars floret, in pernicioſa ſemper clade conſiſtens.

†Dithyrambus circularis ſaltatio erat, in honorẽ Bacchi inſtituta. A Baccho aũt dictus eſt Dithyrambus, quod per duas ille ianuas egreſſus ſit, nimirũ ex matris primũ aluo, deinde ex Iouis femore. Eũ chorũ in Bacchanalibus Corinthij primum repererunt, deinde & currus inuenere quantitatem, currũ enim per equina uiſcera intelligit, ut interpres docet.

STRO-

STROPHE II. COL. XI.

Iupiter pater, late ſupremum Olympum adminiſtrans, nullo nõ tempore fauor tuus meis adſit carminibus obſecro, huncq; populum innoxium regens felicis Xenophontis confirma propitiam fortunam. Suſcipe iuxta illius coronarũ † laudatricẽ legem, quam ex Piſanis agris refert, curſum ſtadij unà cum Quinquertio exuperans, quæ duo nemo unquam antehac mortalium, ut is, uno die attigit.

† *Id eſt, hymnũ qui ex lege uictori debebatur.*

ANTIST. COL. XI.

Duæ ſubinde Selinorũ plicaturæ coronarũt, cũ Iſthmijs tũ Nemea, quæ illi nõ renititur, perſpicuũ uictorẽ. Patris demũ eius (cui nomen Theſſalo) pedibus, ꝓpe Alphei fluenta ſplendor repoſitus eſt. Siquidẽ in Pithijs ſtadij honorẽ, diauliq; uno die recepit, eodẽq; menſe. Aſperis Athenis †uelocitas pedũ, tribus pulcherrimarũ uictoriarũ coronis caput eius adornauit.

†Tria quidẽ opera pedum uelocitate conſpicua dies reddidit pulcherrima circa comam.

EPODOS COL. XIIII.

*Porrò in† Hellotijs ſeptenas coronas nactus eſt, in marinis uero Neptuni inſtitutis cũ patre Ptœodoro maiora conſequuntur eum oblectamenta, precioſaq; præconia. Quoties uero † Delphis, atq; * Leonis in finibus primas tenuit? Cũ nõ paucis quidẽ dimico, de multitudine bonorũ ueſtrorũ. Sed quẽadmodũ lapillorum qui in mari ſunt numerum planè recenſere nequeo, ſic nec omnia ueſtra,*

† *Pythia*
* *Nemea*

STROPHE III. COL. XI.

In qualibet re modus eſt, quem intelligere eſt optima opportunitas. At ego uelut ex numero ueſtrũ electus, prudentiam canens maiorum, belláq; ab ipſis heroica uirtute geſta, nihil de Coryntho mentiar: inter quos Siſyphus ſapientia, ueluti deus quiſpiam, præſtantiſsimus claruit. Dehinc Medæa, quæ præter animi paterni conſilium ſibi nuptias poſuit, ſeruans Argon nauim & nautas.

ANTIST. COL. XI.

Ad hæc & quondã ob Dardani muros uiſi † ſunt * utrinq; bellorũ finem parare, alij quidem cũ Atrei charo genere Helenam repetentes, alij uero prorſum arcentes. Nam ex Lycia uenientem Glaucum iuuantũ Troas, Danai tremebãt, qui gloriabatur in † urbe Pyrenes ſui quidem patris Bellerophontis principatum, & altam eſſe ſortem, & ædes.

† Corynthij * cũ apud Troianos, tum apud Græcos. † Corynthο Pyrene fõs Corynthi.

EPODOS COL. XI.

Qui Pegaſum Gorgonis ſerpentibus abundãtis, ceu ſpeciẽ quandã ſerpentũ præ ſe ferentis filium, ſubiugare fræno deſiderãs, multa ſanè iuxta Pyrenẽ incõmoda accepit, priuſquàm ei Pallas aureis phaleris obtulit frænum, poſt inſomniũ, quod uere aderat, ubi & in hunc modũ acclamabat: Dormis Bellerephon Aeoli nepos? Age ſuſcipe hoc equis accõmodũ pharmacon, quod patri equorum domitori, immolato candido tauro, monſtra.

STRO-

STROPHE IIII. COL. XI.

Tanta illi, nigram habens ægida, dormienti nočtu uiſa eſt dicere Pallas, qui mox in pedes reſtitans propeq; poſitum apprehendens prodigium, indigetem uatem pro arbitrio reperit Polyidon, cui & oēm rei ſummam indicauit. Vt iuxta illius reſponſum circa Deæ aram per noctem recubuit, utq; Iouis † nata Pallas ei aureum tradidit † fulminantis

ANTIST. COL. XI.

Frænū. Iuſsit itaq; uates, ut quamcelerrime inſomnio pareret, & ubi ſacrificarit fortem pedibus taurum latepotenti Neptuno, mox etiam aram equeſtri Mineruæ erigat. Reddit autē & diuina potentia conditionem, quæ eſt præter fidem & ſpem, facilem. Bellerophon ergo fortis ex animi quodam impetu arripuit (pharmacū in os intendens)

EPODOS COLON. XI.

Equum alatū. Aſcendens autem ſtatim, ferreis indutus armis ludebat, cum quo & olim Amazonum iaciens † exercitum telis gaudentem, ſub frigido cœlo à ſinibus deſerti, & Chimeran ignem ſpirantem, & Solymos occîdit. Iam obticebat fatum eius, illum uero præſepia Iouis primora accipiunt. † muliebrē

φάτναι ſtellæ ſunt Pegaſeæ.

STROPHE V. COL. XI.

At me iam recta per telorum itantem turbinem, non decet multas ſagittas præter ſcopū tenere manu.

Muſis enim ſplendidas ſedes habentibus meapte ſponte miniſter adueni, ut ab Oligæthо originem ducentes Corinthios laudem. Proinde quæ in Iſthmijs & Nemeis à Xenophonte geſta ſunt, breui carmine in apricum ſimul omnia ſtatuam, uerũq; mihi iuramentum aderit. Sexageſies enim utrinque ſuauiſona boni præconis uox inſonuit.

ANTIST. COL. XI.

Quæ uero in Olympijs geſta, iam antea enumerata ſunt: quæ poſthac obuenient illis ſuo tempore item palam extulero. Nunc ſpero quidem meliorem finẽ: quod ſi fortuna natiua rurſum arriſerit, ut uincat Xenophon, id Olympio Ioui aut Marti acceptum referemus. Quãta uero in Parnaßi iugis & Argi peregit, quanta item & Thebis, quanta Arcadibus imperãs rex, Lycæi Iouis ara teſtificabitur,

EPODOS COL. XI.

Pellana, & Sicyon, & Megara, Aeacidũq; bene munita domus, Eleuſis dein & præclara Marathon, & ſub altißimis Aetnæ iugis prædiuites urbes cõſtitutæ, ipſaq; Eubœa, poſtremo totã percunctãdo Græciam maiora opinione inuenies, & quàm ut agnoſcere queas. Atqui facili me pede fini appropinquare an nuc Iupiter, reuerentiam dans, & felicitatem, qua oblecter, dulcem.

ASOPICHO ORCHOMENIO CLEODEMI FILIO, Stadiẽ. ODE XIIII.

MONOSTROPHICA COLON XVIII. & XVII.

CElèbres reginæ Charites, quæ Cephiſias naturæ aquas, equeſtrem habitatis ſedem præclaræ Orchomeni, ô ueterum Minyorum epiſcopi, audite me poſtquàm precor. Veſtra ope omnia cum delectabilia tum dulcia fiũt mortalibus. Siue ſapiens, ſiue bonus, ſiue quis ſplendidus fuerit, neque dij ſine uenerandis Gratijs choros celebrant, neq; conuiuia, ſed omnium in cœlis operũ illæ ſunt diſpenſatrices, ſedem ad Pythium arcu aureo inſignem Apollinẽ collocantes ſempiternum Olympij patris honorem colunt.

XVII. EIVS COL.

O ueneranda Aglaia, amabiliterq; demulcens Euphroſyne, amicaq; Thalia optimi deûm filiæ, auſcultate quæſo, contemplantes hunc exultantem hymnum, propitia fortuna euntem Lydio nanq; modo, ex induſtria Aſopichũ laudaturus acceßi; & ueſtra cauſa ô Gratiæ, quandoquidẽ Minyeia Olympiorũ uictoria clara eſt. I nunc fama, teq; ad tenebroſas ædes Proſerpinæ recipias, patriq; Cleodamo lætũ nunciũ afferas, recitando ei, ut nam filius ſibi ſuam coronarit cæſariẽ ex precioſorũ munerũ alis in auguſtæ Piſæ ſinibus.

Id eſt, coronas quæ ueluti pennæ uictorẽ attollunt.

Pindari Olympiorum finis.

PINDARI
PYTHIA.
HIERONI AETHNAEO SY-RACVSIO, CVRRV.
STROPHE I. COL. XII.

O Aurea cithara, Apollinis Muſarũq; uiolacea cæſarie præſtantiũ conſona poſſeſsio, te quidem baſis & principium lætitiæ audit. Siquidem cantores uel ſignis perſuadentur, quando percuſſa reddis ambages choro admirandorũ præludiorum. Et dirum æterni ignis fulmen extinguis: indormiſcit & auium rex Aquila in ſceptro Iouis reſidens, utrinq; uelocem librans alam,

ANTIST. COL. XII.

Quando denſam incuruo naſo nebulam, ſuaue palpebrarũ clauſtrũ, offudiſti, quæ dormiens perſuſum cantione dorſum attollit, illecebris tuis detenta. Subinde fortiſsimus Mars, aſperã linquens haſtarũ aciem, exhilarat animũ carmine. Iam & Deorum demulcẽt carmina mentes, ac iuxta Apollinis ſapientia, formoſarumq; Muſarum.

EPODOS COLON XV.

Quæcunq; autem per terram ac immenſum mare exoſa habet Iupiter, Pieridũ cantionem auerſantur.

Horũ

Horũ de numero eſt, Deorũ hoſtis in horrendo Tartaro ſepoſitus, Typhos, † multitudine capitum terribilis, quem Ciliciæ quondam celebris ſpecus educauit. Nunc uero mari obfirmatæ ripæ ultra Cumas, adeoq; Sicilia ipſius uilloſum pectus deprimit: cœleſtis item columna, niualis Aetna, quæ totũ annũ horridam niuem fouet, hunc continet.

STROPHE II. COL. XII.

Cuius ex angulis eructant quidem plurimi ignis puriſsimi fontes: flumina quidem interdiu effundũt fumi nigrum fluxum: at noctu petræ uolutata flamma ad profundũ ponti ſolum cum ſtrepitu proruit. Porrò Vulcani illud fulgur, potentiſsimos reddit † ſyphones: ut prodigium ſit mirandum adſpexiſſe, miraculũ item eos qui ipſi præterierunt, audiuiſſe. *† flammæ*

ANTISTR. COL. XII.

Vt Aetnæ in nemoroſis religatus eſt uerticibus & campo, lectus uero durus totum inclinatũ dorſum ſtimulat. Tibi iam nunc placeat Iupiter, qui montem hunc fertilis terræ frontem adminiſtras, ubi inclytus indigena uicinam celebrem glorificauit urbem. Nam in Pythio curſu præco proclamauit eam, ex uictoris Hieronis pronuncians

EPODOS COL. XI.

Quadrigis. Viris naui mare traijcientibus præcipua uoluptas eſt, ubi ſecundis uentis primi attigerint

» portum. Decorũ nanq; eſt, ad ultimũ præſtantiorem » reditum adipiſci. Hymnus uero hic in ciuſmodi euentis inclytam poſthac duraturam gloriam adfert, coronis equisq́; inclytam, cumq́; † ſonoris conuiuijs famigeratam O Lycie Phœbe, qui Delo imperas, Parnaſiq; fontem Caſtaliam amas, uelis quæſo hæc † & generoſam regionem tua conſummare uoluntate.

† lætis

† quæ præcor

STROPHE III. COL. XII.

» Ex Dijs enim omnes humanarũ uirtutũ conatus, » & ſapientes, & potẽtes, ac iuxta eloquẽtes ſunt. Atqui uirum illum ego laudare in animũ inducens, ſpero * me traiecturum, ſed non ueluti ærea haſta ex manibus acta: lõgius uero ſi iaculata fueris † uincere aduerſarios cogito. Vtinam omne tempus felicitatem ac parta bona † dirigat, & adflictionis obliuionem adhibeat.

† ô Muſa

† fortunet

* Spero (non ita tamen, ut æream haſtam, ut in certamine fieri ſolet, manu torquens abijciam) ubi longius telum miſero, me abacturum aduerſarios.

ANTIST. COL. XII.

Præterea & ad memoriam reuocet, quales in quibus prælijs pugnas toleranti animo ſuſtinuit, quando uoluntate & potẽtia Deûm reperiebant † honorem, (qualem nemo Græcorũ decerpit) diuitiarũ eximiũ ornamentum. Nunc utiq; * Philoctetæ modum accedens, militiã exercuit, licet à quodam faſtuoſo amico turba-

† Id eſt, regnum, Hieron & Geloni

turbaretur. Fama *eſt, ex* Lemno *quæſitum uenire, ad diuinos heroas*

* Id eſt, Philoctectæ Pæantis filij in morē pugnauit. Siquidem lectica ob calculi laborem portabatur, eoq; pacto ſuos debellauit inimicos.

EPODOS COL. XV.

Vlcere maceratum, Pæantis *filium ſagittariū, qui* Priami *urbem depopulatus eſt, finemq; impoſuit fatigationi* Danaorum, *languenti quidem corpore inceſdens, ſed ita fatum erat.* Hoc *quidem pacto deus ſanitatis autor* Hieroni *adſit, qui & futuro tempore cupita illi opportune præbeat.* O *Muſa, perſuade mihi, ut laborem quadrigarum, lætitiamq; à uictoria patris minime alienam, prope (filium* Hieronis*)* Dinomenem *concinam.* Age *deinceps* Aetnæ *regi amabilem reperiamus hymnum.*

STROPHE IIII. COL. XII.

Dinomeni, *cui* † *urbē illam, diuina cum libertate ad leges* Doricæ *libræ* Hieron *condidit.* At *Pamphyli &* Heraclidarum *liberi, ſub* T*aygeti ripis morantes, permanere ſemper uolunt in* Dorici Aegimij *inſtitutis.* Habuerūt A*myclas felices ex* * Pindo *uenientes, equorum præſtātia inſignium* T*yndaridarū præclari uicini, quorū celebritas ſumme floruit.*

† Catanen, id eſt, ad Lycurgicas ſanctiones, Licurgi legibus obtemperantem.

* Pindus mons Perrhebœæ.

ANTIST. COL. XII.

O Iupiter, ſemper hanc fœlicitatem accolis & regibus prope Amena fluuiũ præſta, ut † ueram hominum rationem dijudicẽt. Præſta etiã ut princeps Hieron tibi, filioq; ſuo Dinomeni demandans populum, honoransq;, uertat ad unanimẽ pacem. Obſecro, adnue Saturni hodie, ut per domos ſingulas Phœnix, Tyrſenorumq; turba, ſentiat naueis contriſtantem uim, obſeruans ante Cumas,

† Id eſt, ſe liberos eſſe cognoſcant

EPODOS COL. XV.

Qualia Syracuſiorũ ſub principe domiti, perpeſſi ſint à uelocibus nauibus, qui & † in mare deiecit ætatem (id eſt robuſtos) Græciam è graui ſeruitute liberans. * Proinde amplector à Salamine mercedem, Athenienſium amicitiam. Lacedæmoni uero prædico pugnam ante Cithærona, ubi ſolertes defatigati ſunt ſagittiferi. At prope irriguam Himeræ fluminis ripam, Dinomenis liberis hymnum abſoluam, quem iam ante pro uirtute defatigatis hoſtibus, receperũt.

† In mari ſubmerſit.

* Id eſt, uictoria Athenienſium ſalutis cauſa eſt Salamini, adeoq; toti Græciæ. Arbitror autẽ totius Græciæ ſaluti eſſe Athenienſium uictoriam.

STROPHE V. COL. XII.

» Si opportune cecineris, multorũ fines breui † com
» plicans, minor hominum ſequitur reprehenſio. Conti
» nua enim prolixitas mentes humanas obtundit: fama
» uero, ciuium clam animũ, in alienis uirtutibus degra
uat.

uat. Attamē luctui & calamitati præſtat inuidia. Ne ,,
honeſta prætereas ô Hieron, ſed iuſto metire calceo * exercitū, atq; ſuper nō fallaci incude linguā fabrica.

Ad Hieronē Apoſtrophe.

†Multorum egregia facta compendio enumerans.
* Populum nunc tibi ſubditum guberna.

ANTIST. COL. XII.

Nam ſi quid inhoneſti à te dictum fuerit, circūfertur undiq;. † Multorū rex es, multi utriſq; teſtes ſuperſunt. Quod ſi in * generoſa ira permanens, iucundam celebrare ſemper præconiorū famam aues, † ne impenſe fatigeris liberalitate. At quemadmodum optimus gubernator uela cōmittit uentis, ſic inconſtantibus lucris ne deludare ô Hieron. * Quod mortem præconium gloriæ ſequitur, ,,

† Magna eē magiſtratuum peccata
* bene florenti.

†Noli pecuniæ amore rapi, ſed liberalem te dignis, maxime ĳs qui tuas res celebrant encomĳs, exhibe.
* Poſt fata ſuperſtes præclara uirtus, uel defunctos uitæ reſtituit, oratorum, poëtarumq; ope.

EPODOS COL. XV.

Veluti defunctorū hominū uitā nunciat, & Oratoribus & Poëtis. Non interit Crœſi amicorū ſtudioſa uirtus: ſæuū uero uſtorē animū Phalaridis i æreo tauro inuiſa undiq; fama detinet, neq; ipſum domeſticæ citharæ, in iuuenū cœtu † ad mollē cōmunicationē ſuſcipiūt. Virtute itaq; eminere, primū eſt præmiū, præclari & boni noīs ſecunda eſt felicitas: q uero utrunq; adeptus fuerit, nimirum is altißimā coronā ſuſcepit. ,,

†Ad ſympoſia, ad familiaritatē, id eſt non celebrant eum in conuiuĳs.

EIDEM HIERONI, CVRRV.

ODE II.

STRO. I. COL. XV.

O Magnis conſtitutæ urbibus Syracuſæ bellico ſi Martis delubrum, uirorũ, equorumq́; gau dentiũ ferro, felices nutrices, uobis à præclaris Thebis hoc carminis offerens uenio † nuncium quadrigæ terram concutientis, in qua Hieron inſignis uincens porrò lucentibus coronis religauit Ortygiam, ſedem † fluuialis Dianæ, citra cuius opem illas habenis uarias non domuit præclaris manibus ſuis equas.

† præconiũ

† Alpheiæ.

ANTIST. COL XV.

Virgo enim arcitenens Diana, certaminũq́; præſes Mercurius, manu fulgens ornamentum imponit, quando ad currus loro obtemperantes, equinum coniungit robur Tridente ſæuum, lateq́; potentem deum uocans. Alij quidem poëtæ, alijs regibus dulcem hymnum, uirtutis munus perficiunt. Sic frequentia Cypriorũ encomia circa ſuam † Cinyrã iactantur, quẽ auricomus impenſe dilexit Apollo,

† Cinyra Cypriorum rex, Apollinis & Paphi filius.

EPODOS COL. XV.

Sacerdotẽ Veneris † familiarẽ. Cogit aũt gratia beneficiũq́; amicorũ, illũ cui amicitia exhibita eſt, ut pro benefactis, quadamtenus reſpondeat. Te ô Dino

† conſuetũ

menis

menis fili, Zephiria Locrenſis uirgo in ſua urbe cele brat, quod tua uirtute ab hoſtili manu liberata, iam in tuto agat. Porrò Deorũ mandatis, Ixionẽ hæc aiunt mortalibus dicere, qui petroſæ alligatus rotæ circũuol uitur, Benefactorem præclaris uiciſsitudinibus

STROPHE II. COL. XV.

Ab accedentibus ſoluendũ eſſe. Id enim aperte didi cit, dum apud Saturnios dulcem uitam tranſigens, nõ diuturnam ſuſtinuit fęlicitatem, quando inſana cupi= ditate Iunonem deperijt, quam Iouis iucũdi thori ſor titi ſunt. At ipſum iniuria ad noxam inſignẽ compu= lit, mox autem ſe digna paſſus, difficillimũ laborem obtinuit. Duo enim operoſi errores ſunt. Alter qui= dem, quod primus ſocri ſui ſanguinem nõ ſine fraude hominibus immiſcuit,

ANTIST. COL. XV.

Quodq; olim Iouis uxori in fabrefactis thalamis inſidiabatur. Decet autẽ perpetuò apud ſeſe in qua= uis re obſeruare mediũ. Thori aũt indecẽtes ad ſum mam eum coniecerunt malitiã, poſtquàm accedentem illexit nubes. † Mendaciũ quidẽ ſequutus eſt iners ho mo. Forma ſanè cœleſti præſtãtiſsimæ Saturni filiæ ſi milis erat. quã fraudem Iouis illi ſtruxerunt manus, pulchrã noxiam quatuor ſibi radiorũ uinculũ fecit.

† Rem ina nem.

EPODOS COLON XIIII.

Suam perniciem. Porrò & in ineuitabilia mem=

bris ſuis uincula prolapſus, uulgatū ſuſcepit nunciū, ſolaq; nubes ſolā arrogātē mortalēq; prolē peperit, neq; inter homines, nec inter deos munus ferentē: quæ nutrix Centauro nomē indidit, qui & equis Theſſalis iuxta Pelij conualles mixtus, admirandum progenuit exercitū, utriq; parenti non abſimilem: inferiori enim parte matrē, ſuperiore uero patrē referebat.

STROPHE III. COL. XV.

Gnomæ pulcherrimæ.

Deus omnia pro ſua uoluntate perficit. Deus inquam, qui & alatam Aquilam aſſumpſit, & marinum Delphina permutat, ſuperborumq; mortalium quendam inflexit, cæteris autem ſempiternam impertijt gloriam. Me uero defugere operepreciū eſt imbellem conuiciorum morſum. Vidi enim procul exiſtens, inutili conatu uituperandum Archilochum, infenſis conuicijs tripudiantem & impinguatum. Diuitiæ autem ubi cum ſapientiæ ſorte cōiunctæ fuerint, præſtantiſſimæ ſunt.

ANTISTR. COL. XV.

Tu uero nunc clare habes, libera cum mente exhibere, gubernator domine, multorū quidem ſublimiū uicorum atque exercitus. Porrò ſi quiſquam diuitijs & honore per totā Græciā aliū ex ijs qui ante progeniti ſunt, præſtātiorē dicit, laxa uanaq; mēte ſolus ſecum pugnat. At uero frigidū ingrediar iter de uirtute ſonās. Iuuentutē quidē audacia uehemētiū bellorū adiuuat, unde et te aio immenſam inueniſſe gloriā.

ad

EPODOS COL. XIIII.

Tum eques tum pedes cõmittens pugnam. Tuæ autem iuuenilis ætatis prudentia cana, fortunatum mihi ad tua decãtanda præconia carmen omnino præbet. Salue, hoc epinitij, Punicæ mercis in morẽ, trans cæruleum mare demittitur. Sin tibi Aeolico modo compoſitum arridet melos, age experire occurrens, gratiam citharæ, quæ ſeptẽ intenſas gerit chordas. Caue autem, tui ne ſis diſsimilis, nec adulatoribus permittas aurẽ tuã, ſed pueris ſit pulchra perpetuò ſimia Merces Phœnicũ.

SRROPHE IIII. COL. XV.

† *Pulchra. Rhadamanthus itaq; bene habuit, quandoquidem irreprehenſibilem prudentiæ ſuæ fructum conſequutus eſt, neq; unquam fraude in animo ſuo oblectatus eſt, quom ſemper artes adulatorum hominũ ſequeretur. Calumniarũ artifices, imbelle utrinq; malum, moribus impenſe uulpibus ſimiles, lucro uero quid magis inhiat quàm ijdem? Vt uero piſcatorij retis in profundum merſi lignum leue non occidit, ſic ego ſuper * marino muro non tingor.*

†Hieronem adhortatur Pindarus, ut ne adulatorũ tũ blandiloquentia tum arti admoueat aurem.

*Maris perſpicuitate, oſorũ intelligit liuorem, quẽ ſibi minime poſſe nocere putat.

ANTIST. COL. XV.

Impoſsibile deinde eſt, ut doloſus ciuis inter bonos fortem ſermonem proſtrat: attamen omnibus adſen=

tans omnino ſe adplicat, cnius ego comes eſſe non cupio. Liceat autem amicũ amare, aduerſus hoſtẽ uero hoſtis exiſtens lupi inſtar curram, aſperum interdũ iter ambulans, omnibus autem modis candidus apud regẽ præſtat, ſiue in copioſi exercitus, ſiue reipublicæ adminiſtratione. Cũ deo uero cõtendere nephas eſt.

EPODOS COL. XIIII.

Qui aliâs alijs elargitur bona, aliâs in alios ingentem gloriam transfert. Verũ neq; hæc mentem inuidorum admonent. Qui uero abundanti cuiuſquam facultate tangitur, ſuo antea cordi triſte inflixit hulcus priuſquàm quæ ſecũ anxie molitur, adſequatur. Atqui iuuat laborem æquo animo ferre, qui collo ſuo iugum aptat. Nam aduerſus ſtimulũ calcitrare lubrica uia eſt. Me uero meis hymnis liceat cõuerſari bonis.

EIDEM HIERONI, CELETE.

ODE III.

STROPHE I. COL. XIII.

OPtarim ego, cõmuni hoc linguæ noſtræ carmine, ſi res ita ferat, Chironem Phillyriden, cœleſtem lateq; moderantẽ Saturni prolem, uita defunctum, modo reuiuiſcere, eumq; in ſtabilibus Pelij
† dominari montis † habitare locis, agreſtem quidem hominem, ſed amico erga mortales animo: Qualis erat, dũ filiũ

perfecta

perfecta indolentia deſiderabilẽ educauit Aeſculapiũ heroẽm illũ, quorũuis morborũ propulſatorem.

ANTIST. COL. XIII.

Quę præclari regis Phlegyiæ filia † Arſinoẽ tulit, quæ priusq̃ Lucinæ ope à partu liberaretur, ab aureis Dianæ telis in thalamo domita ad Ditis ædes deſcendit, Apollinis artibus & impio. Neq; enim uana eſt filiorum Iouis ira: nam ipſum à ſeſe amoliens, ex neſcio quo mentis errore, alias nuptias laudauit, quũ antea clam patre comoſo admixta fuiſſet Apollini. † Coronis

EPODOS COL. XV.

Et cum geſtaret mundum dei ſemen, non pertulit accedere ſponſalem menſam (non ex lege nuptias inſtituit) Neque clamoroſum Epithalamiorũ ſtrepitũ ſuſtinuit, uti coëtaneæ uirgines ſociæ ueſpertinis aſſolent ludere carminibus. Atqui abſentes deperijt, multorum aliorum exemplo. Eſt autem uaniſſimũ hominum genus, qui uicina & ea quæ corã ſunt cõtemnit: & quæ procul uentoſa & inania ſunt, circumluſtrat, immodica ſpe captus.

STROPHE II. COL. XIII.

Tam ingens incõmodũ, † cõſiliũ formoſæ Coronidis accepit. Venienti enim Iſchyi Arcadico cõcubuit. Porrò nõ latuit res caſpeculatorẽ: nã Pythoni ſacrificiorũ copiã ſuſcipiẽte, ſenſit admiſſũ hoc Loxias rex, fidẽ adhibens æquiſſimo † familiari ſuo omnia dijudicanti menti, quæ mẽdacijs ſeſe nõ obtemperat; quãq; † ipſa formoſa Coronis ſeu Arſinoẽ.

nec Deus nec homo, opere aut conſilio, circumuenit.
†Familiaris Apollinis, ſuaipſius mẽs, ſuus animus eſt.

ANTISTRO. COL. XIII.

† Dianam

* Bœbias lacus adiacens Lacereæ.

Agnoſcens itaq; Apollo peregrinum Iſchyis Elati filij thorum, nefandamq; fraudem, amandauit † ſororem, cruenta & indefeſſa mente furentem, Lacereã (ciuitatẽ illam Theſſaliæ) Nã iuxta ripas * Bœbiadis uirgo Coronis morabatur. Malus porrò genius ad malum educans, domuit ipſam, cuius internitionis pleriq; uicinorũ conſortes fuere, uti ex paruo ſemine exiliens ignis totam uaſtare ſyluã conſueuit.

EPODOS COLON XV.

† Aeſculapium.

At ubi in rogum ſuppoſuerunt puellam cognati, radiuſq; Vulcani tener circumcurrit, tum dixit Apollo: Nõ porrò in animo perferam, ut genus meum miſerrimo perdam interitu, cum graui matris luctu. Sic fatus in primo gradu † filium ex morte corripuit, cui pyra accenſa, in geminas findebat ſe partes. Quẽ & Magneti Cẽtcuro tradidit, ut doceret noxios multum in hominibus depellere ſuis pharmacis morbos.

STROPHE III. COL. XIII.

Huiuſmodi quidem igitur quicunq; uenerunt, ex ſeipſis ſuborientium hulcerum participes, aut fulgido ære mẽbra uulnerati, aut lapide procul iacto, aut æſtiuo igni populantes corpus, aut frigore, alium ex alijs triſtitijs eripiens eduxit: hos quidẽ mollibus can

tionibus medicinam adhibendo, illos autem decentia bibendo, aut membris undiq; adiungendo pharmaca, alios uero ſectionibus rectos conſtituit.

ANTISTR. COL. XIII.

Sapientia & lucro uincitur, quod & hunc peruertit, ingenti precio, aurũ nimirũ in manibus apparens, dum ab inferis ad uitã reuocaret Hippolytũ, *qui iam antea morte captiuus tenebatur.* Manibus *itaq; deijciens fulmen* Iupiter *per amborũ pectora, ocyus uitã ademit: proinde urens fulmen infixit mortem.* Decet
itaq; honeſta à ſuperis mortalium mentes inquirere,
quippe quæ agnoſcãt quali perpetuò, uel iuxta pedes
illis conſtitutos, ſint obnoxiæ ſorti.

EPODOS COLON XV.

Ne *mihi dulcis animula uitam ad immortalem feſtines: te uero, quæ uires tuas non ſuperat, arti adiungas.* Vtinam *ſapiens ille* Chiron *antrum* Pelij *montis inhabitaret adhuc, quid illi dulciſoni hymni noſtri uoluptatis præberent?* Atqui *curatorem ipſum adhibere bonis uiris calidorũ uerborum uellem, aut quempiam* Latonæ *filium uocatum, aut* Iouis. Quin *& naui* Ionium *præterlegens mare, & iuxta* Arethuſam *fontem, ad* Aetnæũ *hoſpitẽ (* Hieronẽ*) appuliſſem,*

STROPHE IIII. COL. XIII.

Syracuſarum eximiũ regem, ciuibus clementem, bonis fautorem, hoſpitibusq; admirandum parentẽ.

Cui ego geminam gratiam, aureã ſanitatẽ adferens, hymnumq; Pythiorũ certaminũ, quæ ſuũ in coronis ſplendorem habent, quas præſtantiſsimus Pherenicus Cirrhæ olim tulit, ſi ita ueniſſem, inquam, altũ pontũ traijciens, cœleſti aſtro fulgidius lumen certe fuiſſem.

ANTIST. COL. XIII.

Rheam & Pana Pindari filiæ celebrant.

At ſupplicare quidem conſtitui mecum (Rheæ) matri, quam iuxta meas ædes cum Pane filiæ meæ noctũ iugiter celebrant, caſtam deam. Quod ſi rectum ſermonum cacumen intelligere noſti, uetera quidem
» diſcere potes: Nimirum quod Dij immortales ad unũ
» bonum duo mala impertiunt mortalibus. Quæ quidẽ
» inſipientibus intolerabilia ſunt, boni uero dum bona
» ſecũ reputant, ut aliâs omnia, facilius mala perferũt.

EPODOS COL. XV.

Te uero ſitum felicitatis ſequitur. Siquidem ductorem populi regem reſpicit, ſi quenquam hominũ ma-
» gna ſors. Vitã ab omni incõmodo immunẽ neq; apud
» Aeacidem Peleum, neque apud æqualem deo Cadmũ
» repereris: qui tamen & ipſi mortalium feliciſsimi fu
» iſſe dicuntur, quiq; in monte Pelio, Thebisq; portarũ ſeptenario conſpicuis, Muſas concinentes audiuerũt, quando Cadmus Harmoniam, oculorum pulchritudine inſignem, Peleus uero Thetin, inclytam prudentis Nerei filiam, duxere.

STROPHE V. COL. XIII.

Porrò Dij ſuperi, utriuſq; conuiuæ eſſe uoluerũt.

Satur-

Saturniq; filios reges, aureis inſidentes thronis uiderunt, ac munera acceperunt. Iouis aũt gratia ex prioribus tranſlati laboribus, rectũ ſtatuerunt cor: ac rurſum in ipſo tempore tres Cadmi natæ, grauibus adflictionibus lætitiæ partem abſtulerunt patri. Iupiter nanq; in deſiderabil[illegible] lectum formoſæ † Thyones ſeſe contulit. † Semeles

ANTIST. COL. XIII.

Huius puer, quem unicum immortalis Phthiæ Thetis peperit, in bello (Iliaco) animã exhalans, concitauit, accenſa ſui pyra, Danais luctum. Si quis uero mortalium in mente ſua ueritatis uiam cõtinet, decet illum à beatis accipere beneficium: alij autem aliâs in alto uolantium uentorũ flatus. Felicitas autem non diu apud hominẽ perſeuerat. Quæ ſi copioſa, onereq́; ſuo degrauans ſequuta fuerit, Pelei Achilles filius.

EPODOS COL. XV.

Modicus cũ modicis, magnus cũ magnis ero. Fortunam porrò me cõplectentem, ſemper animo meditabor, meoq́; in ſtudio curabo. Quod ſi mihi teneras diuitias porrexerit Deus, eſt mihi ſpes poſthac ingentẽ inuenturũ gloriã. Neſtorẽ, Lyciumq́; Sarpedonẽ hominum fama, è canoris Odis, quas ſapientes fabri poëtæ compegerunt, aſſequitur. Virtus autem, quæ ex ſolis carminibus agnoſcitur, in ſeculo durat, quo nõ cuiuis a[illegible]itus facile patet.

ARCESILAO CYRENAEO, CVRRV. ODE IIII.

STROPHE I. COL. XIIII.

Hodie quidem oportet te prope charum uirū, diuitis Cyrenæ regem ſtare, ô Muſa, ut cum gaudente Arceſilao & Latonæ ſoboli, & Pythoni augeas ſecundum ac debitū hymnorū uentum, ubi quondam aurearum Iouis aquilarū aſſeſtrix (Pythia) ſacerdos, haud abſente Apolline Battum frugiferæ habitatorem Libyæ, oraculo deſignauit, ut ſacra relicta inſula, & curribus, & equis potentiſsimam urbem in fertili ſolo, uel ſplendido ubere, condat,

ANTTIST. COL. XIIII.

Theræumq; Medeæ carmen aſportet, cum ſeptima & decima generatione, quod olim iracūda nimis Aeetæ filia, ex immortali ore prædixerat, regina Colchorū. Porrò ſic retulit ſemideis Iaſonis robuſti nautis: Audite filij magnanimorū hominumq; deorūq;. Aio enim, ex hac marina olim terra, Epaphi filiam, urbium radicem, atque curatricem mortalium, tranſplantandam eſſe in Iouis Ammonis ſolo.

Therā intelligit.

Cyrenen Libyæ.

EPODOS COL. XIII.

Iam & pro delphinis, branchijs & pinnis alarum inſtar inſignibus, inſulares Theræi celeres permutabunt equas, & remorū uice habenas & lora apprehendent, curruſq; curſu nō impigros uertent. Id

ſanè

ſanè † ſymbolum efficiet, ut ingens fiat urbiũ Thera metropolis. Quod olim in * Tritonidis lacus † fluentis, Euphemus è prora deſcendens, à Deo in hominem transformato (terram ſcilicet) pro munere ſuſcepit, ad quoius xenij ſuſceptionem, Iupiter pater fatali tonitru intonuit.

† augurĩũ ꝑ ſymbolo.

† aluco

* Libyæ flumen Triton eſt, prope quod Minerua nata, unde Tritonia uocatur.

STROPHE II. COL. XIIII.

Quando anchorã æreas habentem genas, celeris Argi frænũ, in naui pendentiũ aſſequutus † eſt. Duodenis antehac diebus ex Oceano tulimus marinã haſtam ſuper iuga terræ deſerta, mea trahentes ſolicitudine. Aliquãdo uero ſolus inambulans Deus aduenit, ſtrenuã uenerandi uiri perſonã induens, is amica primũ uerba ordiebatur, quemadmodũ uenientibus hoſpitibus benefici primũ cõuiuia & lætitiã adnunciãt.

† Tritõ uel Eurypylus Perſona Medeæ poëta hæc dicit.

ANTIST. COL. XIIII.

Sed enim dulcis reditus opportunitas permanere uetuit: dicebat enim Eurypylus, ſe incorruptibilis terræ concuſſoris Neptuni filium: cognoſcens autẽ nos urgentes, protinus dextera tellurem præhendens, fortunatum dare munus quæſiuit, nec remouit eum quin caperet. Cæterũ † heros ad littora prodeambulans, manu donum attingens, felicem ſuſcepit glebam. Experior deinde ipſam è naui delapſam atque ſubmerſam, cum marino coire fluctu,

† Eurypylus.

EPODOS COL. XIII.

Sequutamq́; ueſpere udum pelagus. Atqui ipſam age continuò glebam laborioſis famulis ſerua, quorũ ſunt obliuioſæ mentes. Proinde *nunc in hac lata* Li*byæ inſula, incorruptibile ſemen (gleba) effuſum eſt.* I*pſum enim domi iuxta* Ditis *terreſtrem hiatũ, ad ſacram nempe* † T*ænarum deiecit* Euphemus, Neptu*ni equorum præfecti filius rex, quem olim* Europæ T*ityi filia ad ripam* Cephiſi *(qui eſt amnis* Bœotiæ*) peperit.*

† Tænarus Laconiæ ciuitas, ubi porta eſt ad inferos.

STROPHE III. COL. XIIII.

† *Id eſt, genus.*

Q*uatuor itaq; filijs prognatis* † *ſanguinẽ ſibi accepit, cum* Danais *latam illam terrã, tum enim è magna* Lacedæmone, A*rgiuoq́; ſinu, atq;* Mycenis He*raclidæ ſurgent.* Nunc *uero exterarũ mulierum genus in lectis inueniet decorum: quod uel ad hanc diuinam inſulam appellens, uirum pariet, nubium obfuſcatione obſcurorũ camporũ dominũ,* † *quẽ quidẽ aurato quondã in tecto, ſuis* Apollo *reminiſcetur oraculis,*

† Battum

ANTIST. COL. XIIII.

Id ẽ, à The*ra ad* Li*byam demigrauerit.*

Ad Pythium *ubi templum deſcenderit, multosq́; poſthac ad ſplendidum* Iouialis Nili *templum per naues duxerit.* Atq; *ij* Medeæ *carminũ ordines.* Porrò *obſtupuerunt præ ſilentio immobiles, diuini* Heroẽs, *prolixam animaduertentes curam & fabulam.* O *felicem*

licem † Polymneſti filiũ, te hac ratione oraculũ Delphicæ Meliſſæ deſignauit, inopinato tibi ſonitu, quæ te gaudere trina uice pronuncians, fato conſtitutũ Cyrenæ regem demonſtrauit, † *Battum Id eſt, ſacerdotis.*

EPODOS COL. XIII.

Te aliud longe quàm hoc cogitantem, nempe quidnam turbida Deorum uox ad ſua reſponderet uota, quæ pro impedita ſua lingua ſoluenda fecerat. Proinde ſanè & nunc, quemadmodum purpurei floridiq; Veris tempore, cum hiſce pueris octauus exiſtens Arceſilaus germinat. Huic enim tum Apollo, tum Pytho celebritatem ex certaminũ præſulibus, quam ex equeſtri curſu adſequutus eſt, tradidit. Quem & ego ſanè Muſis impendam, aureamq; † arietis uictoriam: † *uellus* *quom enim pro eo ferendo Minyi Argonautæ ſoluiſſent, diuinos Cyrenæis honores plantauere.*

STRO. IIII. COL. XIIII.

Quis primum nauigationem eam orſus eſt? quodnam periculum, fortibus, imò adamantinis clauis Argonautas ligauit? Fato deſtinatũ erat, Peliam ex illuſtribus Aeolidis, aut manu aut induſtria inuicta, & perquàm ardua mori. Redditũ uero eſt horrendum animo eius prudenti uaticinium, prope medium arboroſæ matris umbilicum (hoc eſt, iuxta Delphicam Cortynam, quæ eſt in medio arboroſi orbis terræ) pronunciatum, Altero pede calciatum omnino in cuſtodia multum conſeruandum eſſe, quando uideli- *Iaſonem*

ect ab excelſis ſtationibus ad occiduam terram incly tæ Iolci peruenerit.

ANTIST. COL. XIIII.

Ciuis quidē ciuis exiſtens ac peregrinus, qui ſuo tempore geminis haſtis admirandus apparuit, dupli ciq; ueſtimento conſpicuus: altera ueſtis, quæ Magne tium peculiaris, admiranda eius membra tegebat, altera pardalea, qua horridos arcebat imbres: neque ſplendidi comarum capilli deradebantur, uerum totū conquaſſabāt tergum. Protinus ergo recta profectus eſt, intrepidi ſui conſilij, in cōcione abūdantis turbæ, periculum facturus.

EPODOS COL. XIII.

Quem non agnoſcebant Magneſij, piorum tamen quiſpiam & hoc dixit, num is fiet Apollo. Neq; enim eſt Veneris, æreo qui curru uehitur, maritus. Porrò in præclara Naxo Iphimedeos aiūt obire diem filios, † Otum puta, & te audaciſſime Ephialta rex. Atqui Tityum, Dianæ telum uelox * uenatum eſt, ex inui cta correptum pharetra, uti quis quam aueat poten tum ſe adhibere amicitiæ.

Mars

* Id eſt, cō fecit, occidit

† Otus & Ehpialta Iphimedeæ gnati.

STROPHE V. COL. XIIII.

Illi quidē hæc inter ſeſe garriebant, mulabus dein & polito curru feſtinans aduenit cū admiratione Pe lias: ſtupeſcebat autem continuò colluſtrans inſigne calciamentū, dextro duntaxat pedi obductum. Suffu

rans

rans itaq; animo timorem conuenit eũ. Qualem ter= ram, ô hoſpes, gloriaris patriã tuam eſſe? Quis ter- rigenarum hominum è cano (id eſt uenerando) uen tre te in lucem produxit? ne inuiſis mendacijs te coin quines, ediſſere genus.

ANTIST. COL. XIIII.

Cui confidens præclaris hoc loci uerbis reſpon= dit: Confirmo Chironis me doctrinam ferre. Pro= inde in antro uerſor, & gubernor à Charicla & Phi lyra, ubi caſtæ Centauri filiæ me educarũt. Ac uigin ti quom tranſegiſſem annos, neque factum, neque uer= bum turpe apud illos proloquutus, abij, antiquam pa tris mei domum recepturus, quæ non pro fato admi= niſtratur, quam Iupiter populorũ ductor, olim Aeo= lo, illiusq; pueris, precioſæ rei loco tribuit.

Chironis doctrina.

EPODOS COL. XIII.

Porrò auribus meis increbreſcit nefandũ Peliam, ſtulta mente ſua fretum, uiolenter noſtrorum depre= dari parentum regnum. Qui parentes, ubi primam uidi lucem, ſuperbi principis metuentes iniuriam, tri ſtitiam ueluti defuncti tenebroſam, ponẽtes me in ædi bus muliebri luctu clanculum in purpureis faſcijs no ctu uiam cõmunicantes, Saturnio Chironi me educan dum tradiderunt.

STRO. VI. COL. XIIII.

Atqui horum quidem ſermonum ſummam cogno ſcite. Primũ glorioſi ciues aperte mihi nunciate ædes

equeſtrium parentum meorum. Aeſonis nanq; puer indigena non ad exteram alienorum terram abij, Centaurus uero diuinus, Iaſonis mihi nomẽ indidit. Sic fatus eſt, ingreſſum itaq; patris agnouerunt oculi, ex ipſius enim ſenio confectis palpebris, inſtar bullarũ lachrymæ ſtillabant, feruebant. Poſtquàm in anima ſua eximie gauiſus eſt, pulcherrimam ubi mortalium longe uidiſſet prolem.

ANTIST. COL. XIIII.

Fratres eô uenerunt ambo pro illius gloria, prope quidem Pheres, fonte Hypereide relicto, item & ex Meſſena * Amythan, protinus † Admetus atq; Melampus affuere, conſobrinum ſuum Iaſona beneuolũ ſibi reddentes. In cõuiuij ſubinde ſorte manſuetis eos Iaſon ſermonibus ſuſcipiens, munera digna parans, ad lætitiam omneis † perficiebat, quinque noctibus integris, totidemq; diebus, bonæ uitæ decerpẽs florẽ.

*Laconicæ urbe.

† inuitabat

†Melampus Amythaonis filius, Pheretis autem Admetus.

EPODOS COL. XIII.

Verum ſexta die omnem ab initio repetens, & in ſummam colligens ſermonem Iaſon, omnibus cum cognatis ſuis communicabat & conuerſabatur. Continuò à ſedibus cum illis exurgebat, illi ſequebantur. Porrò ad ædes Peliæ peruenerunt, in quibus uniuerſi intus conſtiterunt. Quos audiens † Tyronis formoſæ proles, ilicet eis occurrit. Cui ſubinde molli uoce

† Pelias formoſæ Tyronis proles eſt.

inſtillans amicum colloquium, principium eruditoſrum ſermonum iecit. Nate † *Petræi* Neptuni,

* Petræus Neptunus apud Theſſalos colitur.

STRO. VII. COL. XIIII.

Sunt quidem ueslociores mortalium mentes ad laudandũ doloſum lucrũ præ iuſtitia, quom tamen aſperum inde fructum conſequantur. Cæterum & me & te decet ſemota iracundia reliquam texere felicitatẽ. Porrò cognoſcenti dico. Vna bucula, Cretheo, prudentiq́; Salmoni erat mater. In tertijs uero generationibus nos ex illis plantati, aureum ſolis robur uidemus. Quod ſi quæ inimicitia cognatis nobis interceſſerit, quæ pudorem ac reuerentiam contegat, † *deſiſterent certe fata.*

bucula pro matre.

† Omnis ab utroq; noſtrum felicitas diſcederet.

ANTIST. COL. XIIII.

Non decet nos ambos ferro uulnerantibus gladijs, neque telis magnum progenitorũ † *precium diuidere. Siquidem oues ego, armentorumq́; uirides greges, dimitto, agroſq́; omneis, quos ſegregans, patris mei nemora diuitijs cumulaui.* Nec *me tuas ædes amplificantem fatigant hæc adeo, ſed ſceptrum & thronus tui ſolius imperij: cui ſolio Crethei filius Aeſon inſidens olim, equeſtribus populis iuſtitiam adminiſtrauit. Hæc itaq; citra cõmunem inuidiam*

† Id eſt, regnum.

EPODOS COL. XIII.

†recens

Diſſolue nobis, ne quod † recentius ex ipſis malum ſuſcites. Sic itaq; dixit Iaſon. Pelias uero tacite reſpondit: Talis equidem ero. Atqui me iam nunc ſenilis ætatis pars circumſepit, tuo pubertatis flore adhuc fluctuante. Potes autem terreſtriū amoliri iram. Iubet enim animā ſuam ferre Phrixus ad Aeetæ thalamos uenientes, uelluſq́; arietis, lanificio pollēs, abducere, quo è ponto quondam conſeruatus eſt

STRO. VIII COL. XIIII.

A nouercæ impijs telis. Hæc mihi admirandū ſomnium profectum nunciat. Petij itaq; Delphos ſcitatùm oracula, ſi quid horum ſcrutandum ſit. Et quàm celerrime te nauim apparare excitat, id certaminis tu ſponte tua perfice. Atqui te ſolū rerum habenas moderari, regnareq́; iuro me permiſſurum. Forte iuſiurandum nobis teſtis eſto Iupiter, qui utriq; noſtrum cognatus eſt. Laudantes itaq; teſtamentum hoc ſeceſſerunt. At Iaſon ipſe iam

ANTIST. COL. XIIII.

Ciebat præcones, naui iam undiq; exiſtente & apparente. Protinus autē † Saturnij Iouis tres filij bello inuicti aduenerunt, Alcmenæ palpebras uerſantis, Ledæq́;, duo excellētes præterea uiri, Neptuni de ſtirpe, inſignes robore, tū ex Pylo, tum ex alta Tænaro, quorum quidem gloria bona temperata eſt: tuum nomen puto Eupheme, tuum dehinc ô multū celebrate

† Herculē Caſtorē & Pollucē intelligit.

Eury

Eurybia. Ex Apolline tandem Citharœdorũ parẽs bene laudandus Orpheus aduenit.

EPODOS COL. XIII.

Miſit autem Mercurius, aureum caduceum, formoſam'ue gerens uirgã, geminos filios ad difficillimum laborem: alterum quidem Echiona, alterum uero Eurytum, pubertate plenos. Contini ò, qui circa Pancæi montis fundamenta morantur, uenerunt. Etenim uoluntarius ridenti animo uelociter uentorum rex pater Boreas, Zeten Calainq; iuſsit, uiros ambos pennis in dorſo purpureis qui motabantur. Cæterũ & †omnia perſuadens dulce deſideriũ, ſemideis accendebat Iuno

†Omnia perſuadentem dulcem uoluptatem.

STRO. IX. COL XIIII.

*Nauis Argi, ne quis nulli periculo expoſitus apud matrem remaneret *ſeculum pinſens, ſed ut uel in morte pharmacon uirtutis ſuæ pulcherrimũ cum alijs coætaneis offenderet. Igitur poſtquàm Iolcum deſcendit nautarum flos, omnes collaudans ſelegit Iaſon. At ei ſanè Mopſus uates augurijs & ſortibus uaticiniorũ ſacris, exercitum in nauim prudenter induxit. Vbi uero anchoras ad † embolum ſuſpenderunt,*

*Id eſt, tempus ocio & torpore citra gloriam, famam, & uirtutem tranſigens.

†Embolum lignũ eſt, cui anchora alligatur: ſuſpendunt autem anchoram ad embolũ iamiam ſoluturi.

ANTIST. COL XIII.

Auream manibus apprehendens phialam prin=ceps in puppi, patrem cœleſtium fulmine tonantem Iouem, ac meatu celeres fluctuum ictus, uentorumq; inuocabat, noctesq; & Pōti ſemitas, diesq; lætos, ami cam item reditus ſortem. Cui è nubibus noxius toni=tru ſtrepitus obmurmurauit. Splendidi præterea ful guris radij uenerunt abrupti. Vt uero reſpirauerunt heroës, fidem diuinis adhibebant ſignis. Per præco=nem ergo indicauit eis

EPODOS COL. XIII.

Immittere remis prodigiorum interpretes, dul=cem ſpem ſubindicans, remigiū uero ab argumento=ſis manibus citum pergebat: cumq; Auſtri flatu ad inhoſpitalis Ponti oram tranſmiſsi uenerunt, illic ca=ſtum delubrum marini Neptuni ſubiere: purpureus Thracenſium boum grex aderat, necnon diuinitus la pide extructa aræ latitudo, ac dum altum in periculū incidiſſent, domino ſupplicabant nauium,

Symplegades

STROPHE X. COL. XIIII.

Vt effugerent indefeſſum collidentium ſe mutuo petrarum impetum, geminæ autē † uitæ fuerunt, uol=uebantur tum uelociter grauiter ſtridentiū uentorū ordines. At montē iam Argonautarū nauis ſcopulis illis, uētorūq; luctæ attulit. Ad Phaſin enim deinceps redierūt, inde ad nigros uultu Colchos ui appulerūt, apud ipſum Aeetā. Veneranda porrò Venus, celerri

† Duæ pe=træ uiuæ.

Phaſin Europę flumē iuxta Mæotin lacum.

mis

mis telis conſpicua, uariegatã Motacillam, Bacchicã auem ex Olympo in abſolutum iungens † circulum

† id eſt, rotã

ANTIST COL. XIIII.

Ad homines primũ detulit. Carmina præter hæc magica ſapientem Aeſonidem docuit, ut Medeæ parentum reuerentiam auferat, utq; deſiderabilis Hellas ipſam iam tũ animo flagrantẽ flagro credulitatis ac ſuadelæ uertat. Atqui Medea ſanè protinus fines et extrema paternorũ laborũ demonſtrauit, oleoq; per ungẽs, firmorũ dolorũ delibutũ eſſe medicina fecit Iaſonem. Dehinc uiſum eſt illis aliqd' eſſe operæpreciũ ut nuptijs mutuo amplexu dulcibus cõmiſceantur.

EPODOS COLON XIII.

At quom Aeetas adamantinũ aratrũ terræ infixũ in mediũ protulit, unà cũ bubus, flammã à uirentibus naribus ardentis ignis ſpirantibus, qui æreis ungulis per uices collidebãt: quibus adductis ſolus ad iuga appropinquabat, rectas aũt ſectiones intendens trahebat, terræ dorſum ad ulnæ longitudinẽ in profundum aratro uerſæ, diſſecans. Dixitq; Aeetes: Hoc operis, nauis iſtius rex, quiſquis eſt, ubi mihi perfecerit, † immarceſsibilem ſtratum tollat,

† uellus aureum.

STRO. XI. COL. XIIII.

Pellẽ aurea lana ſplẽdidã. Hæc ubi memoraſſet ille, croceũ ſuũ indumẽtũ proijciens Iaſon, dea fretus, opere tenebatur arandi: ignis itaq; ipſum non turbat, iuxta pharmacorum peritiſsimæ amicæ incantamenta.

Apprehenſum ergo aratrum bubulis colligauit lo-ris, neceſsitatis uiſceribus, collaq́; boum, quom ǵ inie ciſſet ualida manu acrem ſtimulum uiolentus Iaſon, præfixum laboris penſum abſoluit. Gemebat hoc ui-dens, tametſi clanculum hominis uirtutes uehemen-ter admiratus Aeetes.

ANTIST. COL. XIIII.

Proinde fortem ſibi uirum adſociat, amicas manus porrigebat, ſertisq́; ipſum floridis redimibat, ac man ſuetis ſermonibus amicitiæ fœdera paciſcebãtur. Cõ tinuò Solis admiranda proles, Aeetes uellus oſtende bat collucens, illic ipſum Phrixi gladius extendebat. Arbitrabatur enim nihil porrò pro tollendo uellere moliri poſſe Iaſonem. Nam repoſitum erat in ſaltu, ubi impetuoſiſsimis draconis genis cuſtodiebatur, qui tum latitudine, tum longitudine † quinquaginta re-morũ nauim occuparet, quã ferri plagæ perfecerunt.

† Pentecontoron nauim quinquaginta remorum, ſicut Hecatontoron centũ remorũ, &c. Iul. Pollux.

EPODOS COL. XIII.

Atqui ad uiam redeo tardius. Redeundum tamen, nam urget hora, quanquam & ego compendiariã ra tionem nouerim, dũ & multis alijs ſapientibus præ-ceptor fuerim. Occidit quidem arte ceſijs oculis, uari coloreq́; tergo ſerpentẽ Iaſon, ô Arceſilae, furatusq́; eſt tandem Medeam, quæ Peliæ cædem intulit, inq́; Oceani profunda, rubrũq́; peruenerunt mare, deinde

ad gentem

ad gentem Lemniarum mulierũ, quæ maritos ſuos orco demiſerunt, illic & membrorũ certaminibus, uictoriæ præmium ueſtimentum receperunt.

STRO. XII. COL. XIIII.

Cõcubueruntq́;. Sed & in exteris quidem terris, multoties ueſtros ſplendores, felicitatis ſatum, diu noctuq́; comprehendit. Illic enim Euphemi genus plantatum in poſterum ſemper augebatur: & qui moribus Lacedæmoniorũ commiſti ſunt, qui olim Calliſtã inſulam inhabitarũt aduenæ. † Vnde & Apollo Libyæ agrum, diuinam urbem Cyrenen, in qua aureus regis thronus eſt, ueſtræ adminiſtrationi commiſit, ut deorũ tamen honoribus excolatis,

† Ex qua Calliſta

ANTIST. COL. XIIII.

Qui recta conſulendi mentem adepti eſtis. Agnoſce nunc Arceſilaẽ Oedipodicam ſapientiã. Si quiſquã enim præacuta ſecuri magnæ quercus ramos excidat, tuiſq́; admirandam ſpeciem deturpet, adhuc tamen ipſa incorrupta commoditate exiſtens indicium ſui præbet, ſi quando in Hybernũ tandem ignem peruenerit, aut cũ erectis præcipuis columnis fulta, alijs difficilem in muris laborem miniſtrat, ſuum ubi locum deſeruerit.

EPODOS COL. XIII.

Atqui ſis medicus mihi opportunus, quandoquidẽ & ipſe te Apollo ueneratur. Opus eſt clementem ad

» hibere te manū, ulceris'q; uulnus curare. Facile enim » uel cum imbecillioribus ciuitatem concuſſeris: at pri» ſtino reſtituere ſtatui, hoc opus, hic certe labor eſt, niſi » deus principum gubernator aſtiterit. Tibi autem hæc

† Cura Charites ſubornant & perficiunt. † Patere igitur circa felicem Cyrenen omnem admouere curam.

STROPHE XIII. COL. XIII.

Illud porrò Homeri in animo tuo reputans, quæſo mihi dones. Nuncium inquit bonum, in quauis re maximum referre preciū, Iam & Muſæ nuncijs rectis creſcunt. Agnouit profecto Cyrene, Batti ædes ex iuſtis Demophili ſolicitudinibus atq; prudētia inclytæ perquam eſſe. Ille quidem ætate ſi iunior, conſilio uero ſenior, quo uel eo qui centum annos natus eſt, haud inferior eſt: ſeparat etenim claram uocem ſuam à conuiciatrice lingua, non eſt maledicus, non male tui meminit, non ſiniſtra conſulit.

ANTISTROPHE COL. XIIII.

» Didicit profecto iniurium odiſſe, non repugnans » bonis, nihil diu protrahens. Siquidem breuem apud » homines menſuram tempus habet, probeq; temporis » opportunitatē nouit, quam nō impigre obſeruat. Hoc enim triſtiſſimum eſſe aiunt, eum qui bona neceſſitate cognorit, eáq; non expreſſerit opere. Verum Atlas etiamnum cum cœlo luctatur, patriæ ſuæ & facultati ademptus. At immortalis Iuppiter & Titânas ſoluit. Sic

uit. Sic & in tempore, ſecunda ceſſante aura, mutationes

EPODOS COL. XIII.

Velorum ſunt. Proinde pernicioſo exhauſtus languore olim domũ reuiſere precatur, animumq; iuxta Apollinis fontem Sympoſia ſequutus explere cum pubertate: rogat etiã ut illic uarie ornata ſua cithara inter ſapientes ciues quiete poſſit degere: neq; enim cuiquam ſe daturũ damnum, modo & ipſe à ciuibus damni expers ſit. poſtremo ut decantare queat, nuper à ſe Thebis hoſpitio recepto cœleſtium carminum repertum fontem.

EIDEM ARCESILAO, CVRRV. ODE V.

STROPHE I. COL. XIIII.

Difficiles ſunt inuentu diuitiæ, quom eas pura uirtute attemperatas, mortalium quiſquam, fortuna dante amicorum frequẽtia comitatas adſequi uelit. O diuinitus ad regnũ adſcite Arceſilaë. Tu uero à ſummis celebris uitæ tuæ gradibus, bono cum nomine accedis, aureo curru inuecti, Caſtoris gratia, qui poſt hybernum imbrem circa tuum beatum Larem, ſerenitatem ſpirat.

ANTISTR. COL. XIIII.

» Sapientes tamē longe meliora ferunt, adeoq; à deo
» datam uirtutem. Te uero iuſtè uiuentem, multa felicitas complectitur, nimirum quod ſis magnarū urbium rector. Sic congenitus tibi oculus precioſiſſimū regni tui munus habet animo admiſtum tuo. Porrò etiam nunc beatus es, quod ex ſplendido Pythio certamine iam uoti tui per equos compos factus ſis, hymnumq; nunc præclare abs te geſtarum ſuſcipias rerum,

EPODOS COL. XIIII.

Apollinis uictoriam: ne te Cyrene lateat, iucundū
» circa hortum Veneris cantatum. In quauis autem re
» deo commendare cauſam conuenit. deinceps Carrhotum præ cæteris amicis amore proſequi, qui non Epimethei tardæ mentis filiā ducēs, Cyreneotorū æquitate inſignium ædes acceſſit, cæterum præſtantiſſimo curru, circa fontem Caſtaliam hoſpes, munus capiti tuo impoſuit.

id eſt, Pytho

STROPHE II. COL. XIIII.

Incorruptibilibus loris adiutus, iuxta delubrum curruum, duodecies curſum firmiter complentiū. Nullum enim uiſcerum confregit, ſed pendet nunc, quemadmodum qui fabrefactas artificum excellentium operas, pro uictoriæ argumento ducens, in cōcauo Apollinis ſaltu fixit. Currū illum Cupreſſina trabs habet prope ſtatuam fermè, quam Cretenſes arcitenentes,

in monte Parnaſſo poſuerunt, ex una trabe natam.

ANTISTR. COL. XIIII.

Tua itaq; ſponte benefactori te gratiam reddere conuenit. Formoſæ uero Charites te Carrhote depereunt. Beatus es, qui & poſt inſignem laborem, eximiorum ſermonum memoriam tenes: quom enim quadraginta aurigæ caderent, currum tu ſolum intrepida mente ferens, ad Libyæ campum perueniſti, pater namq; ciuitatem à ſplendidis certaminibus.

EPODOS COL. XIIII.

Nemo autem laborũ expers eſt, aut erit. Battum uetus felicitas ſequitur, præter alia hæc ſimul tribuens ut ſit ipſe turris urbis, oculusq; aduenis lucidiſſimus: nam & illum faſtu graues leones præ timore fugerũt ubi tranſmarinam uocem eius ſentirent. Ad hæc præcipuus eius dux Apollo uehementem feris timorẽ incuſſit, ut ne promptuariũ Cyrenes imperfectum aut inconſummatũ fieret, caſſato Apollinis uaticinio.

STROPHE III. COL. XIIII.

Qui & funeſtorum morborum pharmaca, uiris & mulieribus tribuit, præbuitq; Citharisticen, datq; Muſicen quibus uoluerit, qui pacatam ad mentes humanas inducit iuſtitiã, & Cortynam gubernat, unde & Lacedæmoni, Argi, diuinaq; Pylo fortem Herculis prolem habitare fecit, Aegimijq; ſobolem: meæ autem uocis, amabilis gloria à Sparta eſt.

ANTISTR. COL. XIIII.

Vnde nati uenerunt Theram uiri Aegidæ patres mei, non citra deorum cōſilium & operam. ſed enim fatum quoddam ad lautam collationem, unde ſuſcipientes, ô Apollo tua† feſta in conuiuio celebramus, mirifice conditam urbem Cyrenen habenti, quam ferro gaudentes hoſpites Troiani Antenoris filij habitāt. Cum Helena enim uenerunt, poſtquam fumantem, adeoq́; euerſam patriam uidere

† Carnéa

EPODOS COL. XIIII.

Martia ui. Porrò equeſtrem gentem diligenter ſuſcipiunt ſacrificijs homines munerum oblatione de illis ſciſcitātes, quos Ariſtoteles nauibus uelocioribus duxit, ſali altam ſemitam aperiens. Præterea maiora deorū nemora cōdidit, rectaq́; protenſam uiam Apollineis ſacrificijs, quibus propulſantur mala, fecit, quæ difficilis antea duraq́; fuit. illic in ultimis fori ſeorſim ab alijs regibus ſitus eſt in monumentum Battus.

Platea Cyrene Scyrote uocabatur aſpera, lapidibus ſtrata: in eo [illegible]iculo templum Caſtoris & Pollucis fuit.

STROPHE IIII. COL. XIIII.

Beatus quidem apud ſuos † erat, populoq́; multū dilectus heros, ideoq́; in foro humatū uolucre, quom cæteri progenitores eius reges, ante portam ciuitatis ſepulturam nacti ſint. Porrò ingētem eius uirtutem,

† habitabat

rore

rore molli conſperſam, cum hymnorum guſtu, terre- ſtri mente alicubi audiunt maiores, ſuam nimirũ feli- citatem ac filio cõmunem gratiã, iuſtumq́; Arceſilaũ, quem in choro uerſatum, decet aureum gerentem en- ſem celebrare Phœbum.

ANTISTR. COL. XIIII.

Qui Arceſilaus pulcherrimam ſumptuum perſo- lutionem ex Pythijs retulit, gratioſum puta carmen. Nam & eum ipſum, quem iam dixi uirum, pruden- tes inquam laudibus euehunt. Porrò mentẽ his æta- te meliorem nutrit, linguaq́; & fiducia, inter cæteras aues Aquila erat, certaminisq́; murus eius robur, in- ter Muſas à chara matre uolatilis exiſtens, qui & ſa- piens auriga monſtratus eſt.

Hoc eſt, ab ineunte ætate, natura, clarus eruditione ſapientiaq́ uiſus eſt.

EPODOS COL. XIIII.

Quicquid bonorum morum apud ciues bonos fuit, primus aggreſſus eſt. Deus illi prudẽter nunc fortitu dinem & potentiam perficit, quam & in poſterum, ô felices Saturnij, circa opera & conſilia illi donetis, ne fructus corrumpẽs uẽtorũ hyberna uis, tempus eius laceret. Cæterum Iouis magna mens bonorum homi num felicitatem gubernat, quem & Olympicam ui- ctoriam Batti generi dare precor, quemadmodum ei Pythium conceſſit munus.

XENOCRATI ACRAGANTINO CVRRV.

ODE VI.

STROPHE I. COL. IX.

AVdite: iam enim oculis pulchræ Veneris, gratiarumq́; agrum inambulamus, umbilicũ horriſonæ uidelicet terræ, ad templum uenientes: ubi, cũ felicibus Emmenidis, fluuialiq́; Acragante, & Xenocrate, paratus hymnorum theſaurus de Pythia uictoria in pulcherrimo repoſitus eſt Delphico ſaltu.

ANTISTR. COL. IX.

Quem neq; hybernus imber ſubito aduenien s, cũ immiti turbidæ nebulæ exercitu, neque uentus cum omnia adferenti cœno ad angulos maris uerberatus, faciẽ habens in † puro patre tuo ô Thraſybule, ac cõmunẽ generi tuo glorioſam curru uictoriã, immortalibus ſermonib. in Criſæ cõcauitatibus annũciabit. †

† claro

†hymnus

STROPHE II. COL. IX.

Tu itaq; dextre rectam admonitionẽ ducis, quam olim Philyras filiũ Chironem, fortiſſimo Achilli de-
" ſtituto parentibus, commendaſſe ferunt, maxime ſcili-
" cet Saturnium Iouem, horrendum & fulgure & ful
" mine, deorum dominum colendum eſſe, neq; unquam
" hoc honore parentum debitam priuare uitam.

ANTISTR. COL. IX.

Fuit & quondam generoſus Antilochus hanc fe-

rens

rens ſententiam, qui pro patre interijt, crudelem, fortem Aethiopum ducem Memnona ſuſtinens. Siquidem Neſtoreum currum equus impediebat, antea telo ſaucius, hic uero robuſtam haſtam adminiſtrabat. Tum ſenis Meſſenij perturbata mens filium ſuum clamauit, deplorauitq́;.

STROPHE III. COL. IX.

Vanus autem ſermo eum non auertit ab inſtituto: permanens enim diuinus ille uir, ſua morte patris uitam cõparauit. Viſus eſt ergo ueterũ poſteritati, mirandum hoc opus perficiens circa parentes ſummus fuiſſe uirtute. At ea quidem tranſeunt. Ex noſtris uero uel Thraſybulus ad paternam regulam potiſſimũ conſcendit.

ANTISTR. COL. IX.

Patruoq́; ſuo omnem ſplendorem indicauit, mente diuitias cõtinens, neq; iniuſtam, neq; ſuperbam ætatem tranſigens, ſapientiam porrò è Muſarum adytis cõparans: teq́; terræ quaſſatorem Neptune, qui equeſtrem ludum periucundo animo repperiſti, totis uiribus accedit. Præterea dulcis illius in amicis conuerſationibus mens, apum etiam cancellato labori reſpondet.

MEGACLI ATHENAEO QVADRIGA. ODE VII.

STROPHE I. COL. VII.

PVlcherrimum eſt procemium, à præclariſſimis Athenis, forti Megaclis generi exordium hymnorum † ſumere. quam enim patriam, quamq; domum incola ego Græciæ præſtantiorem Alcmæonidum ædibus prædicare potero?

† quæ equeſtri certamini debentur

ANTIST. COL. VII.

Siquidẽ per omneis urbes ſermo de Athenienſibus ciuibus uertitur, Apollo, qui Pythicã tutã domũ admirãdã parauerũt, ad laudes me cõcitant: ſed & qnq; in Iſthmo uictoriæ, una olympiaca, duæq; Delphicæ

EPODOS COL. IX.

O Megacles tuæ, progenitorumq; tuorũ. Ob quas inſignes uirtutes gaudeo quidem, uerũ & quadamtenus † doleo, reputans inuidiam, quæ permutare felicem rerum ſucceſſum ſolet. Atqui uulgatum eſt, uaria homini in florenti conſtituto fortuna accidere.

† Quom dolet, reſpicere uidetur ad Hippocratem, qui Megaclis cognatus ſub id temporis mortem obijt nimirum, quom Megacles octuageſimam octauam Pythiadem uinceret interpres.

ARISTOMENI AEGINETAE LVCTATORI. ODE VIII.

STROPHE I. COL. IX.

O Caſta tranquillitas, ô gnata urbs maxima, et

conſiliorũ

conſiliorum & bellorum excellentiſſimas clauchis habens, Pythionicũ† Ariſtomeni honorem ſuſcipe. Tu enim quod molle eſt, & prohibere & ferre potes, cum temporis procurſu, prout res tulerit. †Hymnũ qui Ariſtomenis cauſa canitur.

ANTIST. COL. IX.

Tu quandocunq; immitem quis in corde iram contraxerit, aſpera, ægreferensq́; occurris, uiribusq́; tuis iniuriã ſubmergis. Te neque Porphyrio, quom præter decorum delitigaret, obſeruauit. Precioſiſsimum ſanè lucrum habet, quiſquis te ex ædibus uoluntarij retulerit. Gigas.

EPODOS COL. XI.

Vis quidem faſtuoſum ad temporis aliquántũ iuuat. Porrò neq; peruerſus Typho, neq; Gigantũ rex tranquillitatis uim effugit, domitus eſt enim fulmine (Porph.) telisq́; Apollineis traiectus (Typh.) Cui Apollo benigna mente, Cyrrhæ, Parnaſsia herba† Doricaq́; laude coronatum Xenarcis filiũ ſuſcepit. †lauro

STROPHE II. COL. IX.

Proinde iuſtitiæ inſula Aegina, à Gratijs non excidit, inclytis Aeacidarũ uirtutibus apprehenſis. Conſummatam uero potiſſimum gloriam habet, tum quod pleriſq; ſemper in uictricibus certaminibus decantatur, tum quod excellentiſſimos uehementibus pugnis heroës educarit.

ANTISTR. COL. IX.

Quæ certe uirorũ ornamẽta ſunt. Atq hac uice nõ

mihi tempus ſuppetit, ut longa concione Aeginã prædicem, cithara, molliq; cantu, ne ſatietas ueniens premat: quod uero in pedibus meis currit, eat. Tuæ res

† præclare † *Ariſtomenes circa meã artem recentiſſimæ uolant.*

EPODOS COL. XI.

Veſtigia nanq; fratrum matris imitatus Theognetum Olympico certamine non redarguis, neque Clytomachi in Iſthmo robuſtam uictoriã confundis: multiplicans Midylidarum tribum, ſermonem fers illum quem olim Oeclis filius Amphiaraus, quum Thebis ſeptem portas habentibus, filios cerneret acriter inter ſeſe pugnare.

STROPHE III. COL. IX.

Quando ex Argo, altera expeditione agnati Thebas uenerunt, tum enim ijs dimicantibus inquit:

" *Generoſa uirtus natiuitatem & genus ſuum decet: pruden*
" *tia quoq; parentum ſobolem exornat. Intueor palàm Alcmaonem, in ſcuto ſuo draconem nigrore uarium, uertentem primum in Cadmi portis.*

ANTISTR. COL. IX.

Porrò Adraſtus heros priori bello defeſſus, nunc melioris augurij detinetur nũcio, nec pro ſuæ domus more aget: ſolus enim ex Danaorum exercitu, cæſi filij oſſa colligens deorum, fortuna, cum innoxio populo profectus eſt.

EPODOS COL. XI.

† Argos *Ad latos Abantis uicos* † *Hæc quidem Amphiaraus*

raus cecinit, & egoipſe gaudẽs Alcmana coronis ad-orno, & Encomio conſpergo, quod mihi uicinus, mearumq́; facultatũ cuſtos occurrit, quom ad celebrẽ Pythonem terræ umbilicum proficiſcerer, ac uaticiniorũ cognatus apprehendit artes.

STROPHE IIII. COL. IX.

Ac tu Apollo, qui omneis ſuſcipiens templũ glorioſe adminiſtras Pythicum in uallibus, ubi maximũ gaudij Ariſtemeni tribuiſti: cui et antehac Aeginæ uictoriam in tuis ſacris ô rex contuliſti. Ad hæc te meapte ſponte precor,

ANTISTR. COL. IX.

Vti reſpicias quæcunq;, circa quemuis, ad menſuram quandam compono: noſtris enim hymnis iuſtitia aſtat. Deorũ autem incorruptibilem curam peto Xenarces, ut ueſtras fortunas confirmet. Nam ubi quiſq̃ » citra diuturnum laborem opulentus ſit, is multis inſi » pientium ſapiens iudicatur. »

EPODOS COL. XI.

Nam & ſapientes ſua ſibi arte diuitias compara- » re putantur. Hæc autem humani iuris nõ ſunt. Nam » aliàs alium extollit Deus cunctorum bonorum colla- » tor, aliàs aliũ ſub manibus menſura quadam deijcit. » Eſtq́; tibi domi munus, inq́; Marathonis ualle. Iunonis deniq; patrium certamen, hiſce cum tribus uicto- Hecatombe rijs Ariſtomenes reuera domuiſti.

STROPHE V. COL. IX.

Quatuor quibus ſuperincidiſti, inſipientũ corpora. Quibus neque reditus in Pythio certamine, neq; dulcis riſus redeuntium apud matrem gratiam conciuit: in uicis autem imbelles hoſtem ſuum formidant atque fugiunt, calamitate lacerati.

ANTIST. COL. IX.

" *Qui bonum quoddam recens nactus eſt, ex magna*
" *ſpe ſublatis uiribus ad delicias et fœlicitatem uolat, po-*
" *tiorem diuitiarum curam gerens. Modico uero tem-*
" *pore mortalium oblectatio creſcit. Sic & rurſum ad*
" *humum decidit præpoſtero conſilio iniucunda ſenten*
" *tia conquaſſata.*

EPODOS COL. XI.

" *Diurni ſunt homines. quid uero quiſquam? quid ue*
" *ro nullus? umbræ ſomnium. At quando à Ioue datus*
" *ſplendor acceſſerit, lucidũ adeſt lumen hominibus, ac*
" *manſuetum ſeculum. Chara mater Aegina, ciuitatem hanc nomine tibi parem, cuſtodi unà cum Ioue, et rege Aeaco, Peleóque, & optimo Telamone, cum'que Achille.*

TELESICRATI CYRENAEO ARMATO CVRSORI.

ODE IX.

STROPHE I. COL. XV.

EQuidem uolo æreo ſcuto inſignem Pythiorum uictorem Teleſicratem, tum pudicis nunciorũ

Gratijs

Gratijs commendare. Felicem ſanè uirum equeſtris Cyrenes ornamentū. Quam Cyrenen ſtridente uento è Pelij ſinibus quondam Apollo rapuit, aureoq; in curru uenatricem uirginē tulit. Vbi ipſam diuitis & fructuoſiſſimæ terræ dominam poſuit, ac † terræ tertiam radicem, amabilem & florentem, ut illic habitaret.

†Tertiam terræ radicem.i.in tertia totius orbis parte ſitam Cyrenen. Diuidunt enim terrarum orbem in Aſiam, Europam & Libyam ſeu Aphricam.

ANTIST. COL. XV.

Suſcepit autem argenteos pedes habens Venus, doloſum hoſpitem in diuinos currus, manu leuiter attingens, quæ & illis in iucundis cubilibus amabilem pudorem iniecit, ut communes cū Deo Hypſeiq; potenti filia Cyrene nuptias iungeret. Hypſei inquam, qui bellicoſorum Lapitharum rex tum erat, ex Oceano ſecundus genus ducens, quem olim in inclytis Pindi montis uallibus Nympha Creuſa Peneo mixta peperit,

EPODOS COL. XIIII.

Telluris filia. Is uero formoſam educauit Cyrenen gnatam. Quæ neq; telarum retrogradas amauit uias, neq; domeſticarum cœnarum, neq; ſociarum oblectationes, ſed æreis telis enſeq; pugnans, agreſtes confecit beſtias, multam hoc pacto ſecuritatem & pacem paternis bubus adhibens, concumbentem dul-

de Nīza

† & modicum cem† ſomnũ ad auroram irrepentem, palpebris adimens.

STROPHE II. COL. XV.

Deprehendit ipſam cum diro leone è pharetra duntaxat luctantem ſolam ſine haſtis operoſus Apollo: ac protinus ex ædibus ſuis Chironẽ conueniens, Graue antrum, inquit, Philyris fili relinquens primum, animum mulieris, magnamq; uirtutem demirare, qualem uictoriam intrepido ſuo capiti parit, cor laboribus maius gerens adoleſcentula, neque quicquam pauore mens eius turbatur. Quiſnã illam peperit mortalium? à quo genere producta?

ANTISTR. COL. XV.

Montiũ opaca luſtra inhabitat, experitur autem immenſum robur. Sanctum'ne igitur erit inclytam ei manum afferre, quin & mellitam è lectis herbam decerpere? Tum illi magnanimus Centaurus nobili ſupercilio dulciter ſubridens, Claues, inquit, ſapientis
" perſuaſionis de ſacris amoribus Phœbe, apud deos et
" homines æque occulti ſunt: nemo enim horum primũ
" adeò impudẽs eſt, ut in dulcẽ thorũ ſe palàm cõijciat.

EPODOS COL. XIIII.

Etenim te, cui neminẽ mentiri decet, blandula ira perpulit, hunc ediſſerere ſermonem. Vnde puella genus ſuũ ducat, ex me inquiris ô rex: qui peculiarẽ omnium rerum ſummam & finem noſti, uniuerſasq; uias: quotq; uerna folia terra producat, & quanta

tum

tum mari tũ fluminibus arena ſit, & fluctibus ac uentorũ impetu uolutetur: qui futura & unde quid futurum, probe contemplaris. Quod ſi & me tibi ſapiẽti æquari oporteat,

STROPHE III. COL. XV.

Dicam. Huic maritus adſis in hac ſpelũca, duces enim illam trans pontum ad eximium Iouis hortum: illic principem eam ciuitatem ſtatues, inſularem populum ſuſcitans, ad campeſtrem collem. Nunc uero pratis ampla, ueneranda tibi Libya celebrem nympham, aureis tectis cupide recipiet, ut ei terræ partẽ illicet quo frui queat legitime, dono det, neq; plantarum, omnis generis fructus producentium expertem, neq; ferarum neſciam.

ANTISTR. COL. XV.

Vbi filium proferet in lucem, quem inclytus Mercurius, à chara matre rapiens pulchre ſedentibus Horis ac Terræ dabit, quæ poſito ſuper genua ſua infanti nectar labijs eius & Ambroſiam inſtillabunt, immortalemq; ueluti Iouem, aut caſtum Apollinem ponent, charis hominibus gaudium, opilionem, ruri paſcuisq; deditũ, quoi & Ariſtæo nomenclaturã indent. Sic fatus, apparabat dulcem nuptiarum temperare finem.

EPODOS COL. XIIII.

Velox urgentibus iam dijs operatio, breuesq; uiæ.

Illa illa dies rem perfecit. Thalamo uero aurato Li=
byæ ei cõmixtus eſt, ubi pulcherrimam urbẽ claramq́;
certaminibus adminiſtrat. Et nunc in diuina Pythone
Carniadæ filius Teleſicrates potitus rerũ, cum flori=
da ubi coiſſet fortuna ipſam. Cyrenen perſpicuã red=
didit. Quæ ipſum benigna recipiet, unà cũ uenuſtis pa
triæ mulieribus, deſyderabilem gloriã à Delphis re=
ferentem ſecum.

STROPHE IIII. COL. XV.

» Magnæ uirtutes multo ſæpe ſermone, quo prædi=
» centur, indigent. Breuiter autem ornateq́; dicta intel
» ligere ſapientũ eſt. Porrò & temporis opportunitas
» totius rei finem cõtinet. Nouerũt Iolaũ, olim tẽporis
rationem in precio habentem, ſeptem portis inſignes
Thebæ; quẽ, poſtquàm Euriſthei caput enſis acie am=
putaſſet, condiderunt ſub terrã equeſtris Amphitruo
nis iuxta tumulum, ubi ei ſpartarũ hoſpes ſitus erat,
qui ad Cadmæorum plateas albis equis uberes tranſ=
migrauerat.

ANTIST. COL. XV.

Porrò Amphitruoni, Ioui antea mixta, unico par=
tu Martium fratrũ geminorũ robur peperit Alcme=
næ. Mutus aũt quiſquã fuerit, qui Herculi os non adie
cerit, neq; Dircæarum aquarũ, quæ illũ & Iphiclem
educarunt, non ſemper meminerit. Quibus & ego
» abſolutum encomium inſtituam, ubi quo ab illis bono

adfectus

adfectus ſuero, glorioſarum gratiarum ne me deſti-tuat purum lumen. Aeginæ uero atque † *Niſi in tu-mulo, ter urbem hanc uictoria celebrem aio reddidiſ-ſe Teleſicratem,* †Megaris

EPODOS COL. XIIII.

Taciturnam inertiam rebus præclare geſtis qui ef-fugit. Quare ſi quis ciuium, uictori amicus, aut ſi quis etiam inimicus, quod reipubl. bonum cõtigit, ne celet, neq; ſermone Marinum ſenem lædat. Nam & is uel inimicum bene facientem, toto cum animo ac iure lau-dandum eſſe pronunciauit. Sæpenumero te Panathe-næorum, ſuis feſtis uictorem uidi. Itaq; nullæ nõ uir-ginum, uel mutæ chariſſimum te ſibi maritum eſſe aut filium Teleſicrates exoptant.

STROPHE V. COL. XV.

In olympijs concauæq; terræ certaminibus, ac pla-nè patrijs omnibus ludis te uidere percupiunt mulie-res. Ecquis me ad Odarum ſitim inuitũ adigit? Opus enim foret maiorum tuorum Priſcorum excitare glo-riam, qui pro Libyca uxore Iraſſam Antæi oppidum ſeſe cõtulere, formoſæ admirandæq; filiæ proci: quam non parum multi ex optimatibus, & cognatis eius, plerique etiam hoſpitum petebant. Poſtquàm diuina ſpecies

ANTISTR. COL. XV.

Erat. Auro coronatæ pubertatis florẽtem fructũ de-

cerpere illi uolebant. Cæterum filiæ celebriores nuptias pater plantans audiuit Danaum, ut is olim quadraginta natabus ſuis omnibus uno die celerrime maritos offenderit. Siquidem frequentem chorum in circum protinus certaminis conſtituit, unà cum muneribus, quam quiſq; heroum curſu primas tenentium uellit, liberam optionē præcipiens, quicunq; etiam illi generi obueniſſent.

EPODOS COL. XIIII.

Itidem Antæus filiæ ſuæ ſponſum adglutinans, maritum dabat: ad lineam enim, quam curſus finem poſuerat, illam ſtatuens, ab eo qui primus manu manum & pepla tetigiſſet, abducendam præcepit. Hic Alexidamus, ubi celerem uicit curſum, uirginem glorioſam manu prehendens, per medium equeſtrium exercituum turmam duxit, multa tum in ipſum folia, & coronas proijciebant, qui & antehac uictoriæ non paucas alas acceperat.

HIPPOCLEAE THESSALO DIAVLI CVRSORI.

ODE X.

STROPHE I. COL. X.

BEata Lacedæmon, felix Theſſalia, utriſq; ex uno patre bello præſtantiſſimi Herculis genus regnat. Quid citra opportunitatem nuger? Atqui Pytho, † Pelinnæum, Aleuæq; pueri celebrare me Hip-

poclcam

pocleam inhortantur, cui inclytam uirorũ laudem ad-dicere uolunt.

†Pelinnæum Theſſaliæ ciuitas, Victoris patria.

ANTISTR. COL. X.

Siquidem perſentiſcit munera, in concertantiũ ec-cleſia Parnaſſius illum mons Diaulodromorum excel lentiſſimum pronunciauit. Humanarum rerum dul- cis cõſummatio, principiũq; exurgentis felicitatis cre ſcit. † *Hic quidẽ tuis curis hanc rem perfecit. Quod uero illi congenitum eſt, ueſtigia parentis inſequutus eſt.* » » † *Apollo*

†Diaulodromi, qui in anguſto loco currunt.

EPODOS COL. VIII.

Olympiorũ ſecundum iam bellicoſi Martis armis uictorem, quod eſt ſupra profundam, uirentibus pra-tis, rupem Cirrhæ Pythicum certamen, pedibus for-tem cõſtituit † *Phriciam. Quibus Fortuna propicia & in poſterum adſit precor, ut eximijs diuitijs uterq; floreant.* † *Phricias* Hippocleæ *parens.*

STROPHE II. COL. X.

Poſtquàm ergo iucunda Græciæ bona, nec parum adſequuti ſunt munerum, uideãt ne inuidis rerũ per-mutationibus, quæ ex Dijs promanant, incidant: ſit il-lis potius innoxium diuinũ numen. Fortunatus præ- terea & laudandus uir ille uel ſapientibus fuerit, qui manibus quidem aut pedibus uirtute obtenta, maxima » » »

retulerit præmia, animi roboris'q; ſui nomine,

ANTISTROPHE COL. X.

Quiq; in uita ſua filium aduleſcentiorem habuerit, qui diuino munere Pythicas adeptus eſt coronas. Soli dum duntaxat cœlũ ipſis inaceeſſum eſt. † Quãtis autem nos mortale genus ſplendoribus conſpicui ſumus; nauigationem tandem cõſummat: neq; enim naui, terráue profectus, admirandam uiam ad Hyperboreum certamen inueneris.

† Id eſt, ea felicitate quæ humano generi obtingere poteſt, is profecto primas tenet, eſtq; in eadem conſummatiſſimus.

EPODOS COL. VIII.

Quos penes dux Perſeus olim conuiua, in eorum ædibus exiſtens, celebres aſinorũ Hecatombas illos offerentes repperit: Quorum cõuiuijs & laudibus adſiduo † gaudet Apollo, ridetq; rectorũ animaliũ uim perſpiciens.

† Ironia, uim quæ rectis, iuſtisq; dum ſacrificantur animalibus infertur, Apollo ridet.

STROPHE III. COL. X.

Neq; Muſa ab illorum abhorret moribus: undique uero chori uirginum, citharæ uoces, ſtrepitusq; tibiarum audiuntur & inſonant: aurea deniq; lauro comā religata ſobrie conuiuantur: neque morbi pernicioſo

ſenio

ſenio genti illi Hyperboreæ *adhærent: præterea ſine laboribus atq; bellorum motibus*

ANTIST. COL. X.

Habitant, *fugiẽtes ultricem* Nemeſin: *audaci præterea corde ſpirãs* Danaës *proles,* Minerua *præeũte ad uirorum beatorũ cœtum peruenit, occiditq́; Gorgonem, & capite draconum terroribus uario rediijt, conſularibus lapidem mortem adferens, mihiq́; admirationem.*

EPODOS COL. VIII.

Atqui dijs perficientibus nihil eſſe uidetur impoſſibile. Detine *remum, velociterq́; anchoram in terram firma ex prora, quæ eſt propulſatrix latentis petræ.* Nam *flos hymnorum* Heroicorum, *ad alium aliquando, ueluti apis ſermonem properat.*

STROPHE IIII. COL. X.

Equidem *ſpero* Cranonijs *circa* Peneum *amnem iucundam* Oden *meam canentibus,* Hippoclen *item unà cum poëtis coronarum gratia admirandum, in coëtaneorum cœtu collocare, tum inter ætate confectos, tum uirgines adoleſcentulas curam. Alijs enim aliorum amor mentem fatigat.*

ANTIST. COL. X.

Qui ueluti pedibus quæ deamarit, apprehenderit, næ ille ſuauiſſimam ſolicitudinem gerit. Quæ uero poſt annum immineant, nobis palàm eſſe non poteſt. Cæterum benignæ Thoracis amicitiæ confido, qui meum percupiens fauorem, hunc Pieridum iunxit currum, amantem amans, ducentem ardenter ducens.

EPODOS COL. VIII.

Quemadmodum aurum Lydio lapide probatur, ſic mens amicorum & modus experientia & opere probanda ſunt. Porrò illius candidos fratres extollemus, qui Theſſalas leges auguſtiores reddẽtes, ad ſydera patriam euehunt. Nam inclytæ patriæ urbiũ gubernationes bonis delegatæ ſunt.

THRASYDAEO THEBANO PVERO CVRSORI.

ODE. XI.

STRO. I. COL. IX.

Tu Semele cœleſtium deorum cõuerſatrix, tuq; Leucothea Ino, marinarũ Nereidum cohabitatrix, Cadmi filiæ, adeſte quæſo unà cum generoſa Herculis matre, ad ferendum aureorum tripodũ theſaurum prope Meliam, quẽ impenſe honorauit Apollo.

ANTIST.

ANTISTR. COL. IX.

Qui & ueram illam uaticiniorum ſedem Iſmenium appellauit. O filiæ concentus, hic & iam nunc legitimum (æquum) Heroidum congregatum cœtum coire iubet Melia, ut ſacram Themin, Pythonemq́;, & iuſtitiæ deditum terræ umbilicum ſumma cum uigilantia reſonetis.

EPODOS COL. VI.

Nempe Thebis ſeptem portis non inconſpicuis Pythioq́; certamini gratiam (encomium)† in quo paternam cororam adijciens, tertius ipſe aram celebrauit in diuite Pyladis tellure uincens, qui Laconis Oreſtæ hoſpes fuit. †ubi

STROPHE II. COL. IX.

Quem Oreſtem, occiſo patre, à fortibus Clytemneſtræ manibus Arſinoë nutrix è lugubri dolo ſuſtulit, quando Dardanidæ Priami filiam Caſſandram cum Agamemnonis † Manibus ad umbroſum Acherontis littus demittebat † *Manibus anima, uita.*

ANTISTR. COL. IX.

Sæua mulier. Num igitur Iphigenia circa Euripũ mactata procul à patria permouit, ut ad grauem palmas ſuas iram concitaret Clytemneſtra: aut alieno thalamo laſciuiẽtem nocturni concubitus adegerant?

» Id quod nouis uxoribus infenſiſſimum delictum eſt,
» neq; fieri poteſt,ut celetur

EPODOS COL. VI.

» Alienis linguis. Ciues enim pleni ſunt rimarum.
» Deinde non parum inuidia diuitiæ macerantur. Qui
» uero abiecta ſpirat,obſcure uiuit. Obijt quidem Atrides Heros,quum multo poſt rediiſſet Lacedæmonem tempore,

STROPHE III. COL. VI.

Vaticinatricemq́; perdidit puellã,ubi Helenæ cauſa incendio extinctis Troianis opulẽtas ædes diruit. Porrò Oreſtes iuuenis adhuc ætate florens, ad ſenem Strophium Piladis conuertit ſeſe parentẽ, qui tum apud Parnaſſi fines commorabatur. Atqui ut ipſe ſuo poſthac tempore Clytemneſtrã matrem gladio interemit,& Aegiſtum in mortis locũ repoſuit.

ANTISTR. COL. IX.

Atqui per deuia compita,ô amici,uolutus ſum rectum antea ingreſſus iter. Et me uentus quiſpiam,ueluti marinam nauim,extra decoram nauigationem proiecit,ò Muſa. Sin ex mercede uocem tuam ſubargenteam præſtare pollicitus es,aliâs alia te ſonare decet encomia.

EPODOS COL. VI.

Siue patri Pythio uictori iam nũc quidẽ, ſiue Thraſydæo

ſydæo: Quorum triumphans lætitia & gloria paſſim collucet. Siquidem curribus quondam belli uictores, cantatorū in olympia certaminum uelocem cū equis claritudinem adſequuti ſunt.

STROPHE IIII. COL. IX.

Porrò diuina uoluntate amorem ego bonorum, ac » poſſibilia in uita mea nunquam non optarim. Offen= » dens enim quæ per urbes paſſim negocia media gerun » tur, cum longiore fortuna etiam florentia, eos accuſo » qui ſummam uel Regum felicitatem affectant. »

ANTISTR. COL. IX.

Equidem circa communes uirtutes occupatus ſum. » Inuidi uero ſua ipſorū noxa puniuntur. Sin quiſquam » ſummam uitæ ſuæ decerpſerit, & in tranquillitate » trāſegerit, ita ut grauem ſemper iniuriam declinarit, » meliorem is tandem adeptus eſt nigri Ditis mortē: » quippe qui ſuauiſſimæ generationi ſuæ, optimam præ » diuitijs gratiam, bonam famam nempe reliquit. »

EPODOS COL. VI.

Quæ inclyta fama, & Iphicli filium Iolaum, cele bratum illum uirum circunfert, Caſtoriſq; uim. Teq; ô rex Pollux, deûm filij, qui aliâs interdiu iuxta ſedes Laconicas, aliâs in Iouis regia uiuitis.

MIDAE TIBICINI ACRAGANTINO. ODE XII.

STROPHE I. COL. XII.

† amans honeſti.

QVæſo te ô † ſplendida pulcherrimaq; urbs, Proſerpinæ ſedes, quæ prope ripas, diuitis Acragãtis ſuper magnifice extructæ iugis habitas: ô domina Deûm hominumq́; benigna, ſuſcipe cum manſuetudine coronam hanc, quam ex Pythone retulit inclytus Midas: ipſumq́; illum ſuſcipe qui Græciam arte ſua uicit, quam olim Pallas inuenit pernicioſum ferocium Gorgonum imitata lamentum,

ANTIST. COL. XIIII.

† conuiuiũ.

† Matrem à ſeruitute eripuit.

Quod ſub uirgineis inſeparabilibus ſerpentum capitibus audiebat ædi Perſeus, quando difficili cum labore tertiam debellauit ſororum partem, Marinæ Seripho populisq́; fortunam adferens. Quandoquidem fatale, Phorcys obſcurauit deleuitq; genus, ac lugubre † ſymbolũ Polydectæ reddidit, matrisq́; ſtabilẽ † ſeruitutem, neceſſarium puta lectum ubi deprædatus eſt, formoſum Meduſæ caput

STROPHE II. COL. XIIII.

Filius Danaës. Quẽ ab auro ſua ſponte fluente natum dicimus. At poſtquàm ex his laboribus dilectum uirũ liberauit uirgo, tibiarium cũ ſuis uaſis canorum apparauit melos, inuenitq́; Dea, ſtridulum imitata luctũ Euryales, uelocibus genis æditũ. Quod ubi inuenisset,

niſſet, mortalibus id impertijt, legem multorum capitum adpellans, celebrem nempe† clariſſimorum certaminum procum.

†Homines ad ſpectaculum inuitantium.

ANTISTR. COL. XIIII.

Quæ lex tenue pertranſit æs & calamos, qui propè choris inſignem urbem Gratiarum in Cepheſidis de lubro creſcunt, fideles ſaltatorum teſtes. Quod ſi qua felicitas fortunáue abſq; labore non apparet, ipſe tamen Deus, uel hodie, uel paulo poſt cōſummabit. Fatum enim nemo unquã effugere poteſt. Atqui tempus aderit illud, quo & is qui extra ſpem ſitus erat, ad ſpem reijciat fatum, alterum quidem donans, alterum uero denegans.

PYTHIORVM PINDARI FINIS.

PINDARI

NEMEA.

CHROMIO AETHNAEO.

ODE I.

STROPHE I. COL. X.

O Veneranda Alphei reſpiratio, inclytarum Syracuſarum germen, Dianæ cubile, Deli ſoror Ortygia, à te dulciloquus hymnus commouetur magnam celerrimorum equorum laudem texere, Iouis Aethnæi gratia. Porrò currus idē Chromij, uictricibus operibus Nemeæ, triumphalem iugare cantilenam admonet.

ANTISTR. COL. X.

Cuius uiri diuinis uirtutibus à dijs etiam procœmia ſumpta ſunt. » Eſt ſanè in fœlicitatę ſumma gloria, & » exiſtimatio. Sed magnorum meminiſſe certaminum deſiderat Muſa. Excita itaq; ſplendorē quendam inſulæ, quam Olympi dominus Iupiter Proſerpinæ dedit dono, annuitq́; illi, ſua uel cæſarie primas tenentem fertili ſolo,

EPODOS COL. VIII.

†ſeruaturū

Pinguem ſeſe †recturum Siciliam diuitibus urbiū culminibus. Præbuit autem ei ferrei belli, iaculorumq́; peritum populum Saturnius, ſæpenumero etiam aureis

reis Olympicarum oliuarum folijs mixtum. Multorũ equidem opportunitati non falſo incidi.

STROPHE II. COL. X.

Siquidem in aula hoſpitalis uiri ſteti, ibi uero mihi lautum conuiuium adornatum eſt, neq; enim expertes ſunt hoſpitum unquam ædes eius. Is nactus eſt bonos qui contrariam igni aquam, accuſatoribus ſtrant. Aliæ aliorum artes ſunt. Opus eſt autem recta incedentem uia, ſua operari natura, ſuoq; contentum, alijs damnũ nequaquam dare. " " " "

ANTISTR. COL. X.

Cooperatur quidem operi robur, conſilijs uero † mens, quæ ſequitur futuri cognata præſcientia. O Chromi, tuæ uitæ ea omnia uſui ſunt. Nõ aueo multas domi diuitias reconditas habere, cæterum ex præſenti re bene tum affici, tum audire, amicis opem ferendo. † Communes enim ſpes ueniunt

†intellectus

†Hoc eſt, futurarũm rerum expectatio, maximebonarum, omnibus peræque incerta eſt.

EPODOS COL. VIII.

Laborioſorum hominum. Nec imprudenter hic Herculem uſurpo, de magnis eius uirtutum culminibus ueterem ſermonem recitans, quomodo uidelicet, ut mox à maternis uiſceribus in lucem prodierit, filius Iouis cum fratre ſuo gemens, ad admirandam claritudinem peruenerit.

STROPHE III. COL. X.

† Purpureis faſcijs incircũuolutus.

Itaq; nõ clam in aureo reſidentes throno Iunone † purpuream faſciam inſcendit. Atqui deorum regina animo ſuo turbata, protinus dracones mittebat, qui ſanè per apertas portas ad latum thalami angulum ſubierunt, cogitantes uelocibus ſuis maxillis geminos quatere. Hercules uero recto capite oppoſito, primũ experiebatur belli fortunam,

ANTIST. COL. X.

Vtraque manu ſua, quam effugere non poterant, ſtringens utrunque ſerpentem. Vita ergo ex infan=
" dis ſuffocatorũ artubus diſcedebat, atque intolerabile
" illud facinus concuſsit mulierculas, quæcunq; illic Alc
" menes circa lectum ſeruiebãt. Etenim et ipſa nuda pe
" des è ſtrato corpus ſuũ corripiens, ſæuam beſtiarũ iniuriam ulciſcebatur.

EPODOS COL. VIII.

Illico uero Thebanorum duces ferreis cũ armis accurrebant. Amphytrio præcipue euaginatũ manu gladiũ uibrans peruenit, ingenti perculſus mœrore. No=
" ſtræ enim rei ſiniſtro caſu impẽdio lædimur, circa alie
" num uero damnum cor noſtrum liberum eſt, non ad=
" fligitur.

STROPHE IIII. COL. X.

Conſtitit ergo ſtupore graui, oblectationeq; permixtus: uidit nanq; inſuetam prudentiã, necnon fortitudinem

tudinē filij. Ita immortales dij effecerūt, ut alia quàm à nuncijs didicerat, ipſe conſpiceret. Proinde uicinum altiſſimi Iouis eximium prophetam, fidum Oraculorū interpretem Tireſiam accerſiuit. Is tum illi, tum uniuerſo exercitui, quæ illum ſors olim exceptura ſit uaticinabatur,

ANTISTR. COL. X.

Quot nempe in terra occiſurus ſit, quotq́; mari feroces belluas (Buſirim et Antæum intelligit). Prætere a quendam peruerſo mortalium incedentem more infenſiſſimū, prædixit olim conceſſurum fatis. † Deinde quando dij ſuperi, in agro prope Phlegram Thraciæ uicum, cum Gigantibus belligerentur, tum ab illius telorum iactu terræ præclaram comam eſſe contaminandam

† Herculis ultione

EPODOS COL. VIII.

Prædixit, ipſum poſtremo in æterna ſecula pro magnis laboribus excellēs præmium, placidam in portu tranquillitatem adeptū in felici regia, florida Hebe in uxorem ducta, nuptijsq́; celebratis apud Iouem Saturnium, honeſtam laudaturum domum.

TIMODEMO ATHENAEO PANCRATIASTAE.

ODE. II.

OCTONARIVS PRIMVS.

Qvemadmodũ, † qui Homeridæ uocantur, cantores, ut in plurimum à Ioue conſutorum carminum exordium ſumunt: Sic & hic Timodemus auſpicium ſacrorum, in quibus uictor euaſit, certaminũ ſumpſit primum, in multum celebrato Iouis delubro.

† Require in ſc[illegible]ijs uarias de Rhapſodijs Hom. opiniones.

OCTONARIVS II.

Eſt itaq; non parũ patriæ ſuæ decori. Siquidẽ recta ipſum præclarũ ſtemmatis maiorũ, ſeculũ magnis Athenis ornamentũ dedit. Frequẽter nimirũ Iſthmiorũ ludorum pulcherrimũ decerpendo florem, Pythiaq; uincendo, Timonoi filiũ. Atqui nefas nequaquam eſt,

OCTONARIVS III.

Nõ procul à † montanis Pleiadibus Orionẽ curſum tenere ſuũ. Porrò Salamis uirũ bellacem ꝑducere potuit. Troiæ ſanè Hector Aiacem audiuit ô Timodeme, te uero Heroica uirtus in quouis genere certaminis auguſtum conſtituet.

† Crates ꝑ nõtanis æſtiuis legit.

OCTONARIVS IIII.

Strenuæ dein Acharnæ principio enarrãt, quæcũq; circa certamina excellentiſſimi Timodemidæ geſſerũt: prope altũ nãq; Parnaſum, quatuor è certaminibus uictorias retulerũt. Cæterũ à uiris Corinthijs

ytbia intelligit

OCTO-

OCTONARIVS V.

In boni Pelopis angulis, octo etiamnũ coronis condecorati ſunt, Nemeis uero ſeptem. Quæ autem illis † domi obtigere, maiora ſunt quàm ut percenſeri queant, in Iouis nempe certamine. * Quem Timodemo ciues decantate cũ celebri reditu, mellita exorſi uoce.

Peloponeſum intelligit.

† Athenis Olympia intelligit.

* Quem Iouem, uel qđ certamen.

ARISTOCLIDAE AEGINETAE PANCRATIASTAE. ODE III.

STROPHE I. COL. XIII.

O Venerabilis mater noſtra Muſa, ſupplico tibi in ſacris Nemeorũ feſtiuitatibus † ad hoſpitalem inſulã Aeginam te recipias. Quandoquidẽ ad Aſopum flumen, dulciſonorũ carminũ autores demorantur, tuã inquirẽtes uocẽ. Atqui alius ad aliam rem propenſus eſt. At qui uictor euaſit, imprimis hymnũ amat coronarũ uirtutumq; dexterrimum aſſeclam.

† Doricã

ANTISTROPHE COL. XIII.

Cuius mihi ubertatẽ tribuas. Meo porrò conſilio cœli nubibus obtecti rectoris filia, ꝓbatũ ordire Encomiũ. Ego uero illorũ q apud me ſunt cõuerſationibus cithara particeps ero, amabilẽ præterea laborem ſuſtinebit regionis † ſtatua, qua parte Myrmidones primũ habitarũt, quorũ celebrẽ conuentũ ꝓ ſua fortuna opprobrijs non adficit Ariſtoclides undiq; * contracto exercitatus.

† Aeginam intelligit quæ eſt ſimulacrũ circumiacẽtis terræ.

* Arcto, anguſto, aut anguſtiam adferenti.

EPODOS COL. VIII.

Pancratij impetu. Laborioſarum autem plagarũ ſanum pharmacum in deuexa Nemea uictoriam fert.
» At qui bonus uir extiterit, ac quæ decẽt honeſtatẽ, per
» fecerit, is ſupremas ad uirtutes acceſſit. O fili Ariſto-
» phanis, non porrò facile eſt traijcere inacceſſum co-
» lumnarum Herculis fretum.

STROPHE II. COL. XIII.

Quas diuinus heros extremos teſtes inclytæ nauigationis poſuit: qui & excellentes in pelago belluas domuit, ſuaq́; ipſius uirtute ſtagnorum fluxus ueſtigauit, ubi ad faſtuoſum reditu finem deſcendit, terrã deniq; celebrem reddidit. Cæterũ ad quod alienũ promontorium nauim abegiſti meam, ô anime? Aeaco,
» eiuſq́; generi te uolo addere cantionem. Eſt autem iu
» ſti ſermonis flos laudare bonos.

ANTISTR. COL. XIII.

Neq; alienis quenquam, ſed ſuis illũ uirtutibus prædicaueris. At uero tu non incommodum ornamẽtum ſuſcepiſti, quod quidem longe dulciſſimum eſt dicere.
† Laom. id eſt, Iliũ. Iolai, id ẽ, Herculis.
Peleus itaq; priſtinis ſuis præclare geſtis rebus gauiſus eſt, eximio ſecto iaculo, qui & Iolcum cepit, ſolus citra exercitum, marinamq́; Thetim non ſine ſudore item cõprehendit. † Laomedontem item fortis Telamon Iolai ſocius exiſtens depopulatus eſt.

EPODOS

EPODOS COL. VIII.

Qui & quondam aduerſus æreo arcu pollētes Amazones Iolaum comitabatur, neq; unquam timor, uirorum domitor, ex præcordijs eius fortitudinē extraxit. Atqui cognato ſtemmate, ingenita claritudine, » quiſquam attollitur & ſuperbit. Qui uero ſtudijs de- « ditus eſt obſcurus quiſpiam, aliâs alia ſpirans, nunquā « conſtanti incedit pede, ſed inſatiabili mente innume- « ras deguſtat uirtutes. »

STROPHE III. COL. XIII.

Flauus ita Achilles in ædibus Philyræ demorans, puer adhuc, magna manibus ſuis opera luſit frequenter, ferro grauem ſagittam quatiens, æqualem uentis, pugna ferocibus leonibus cædem operatus eſt, ſuesq; ſylueſtres Orco demiſit, †corpora uero ad Saturniū Centaurum anhelantia retulit, ſex annos primum natus, toto ergo poſt tempore demirabantur Diana, alacrisq; Minerua.

†Id eſt, corpus ſuum uenatione, maximisq; operibus anhelum ac defeſſum, ad ſex primū annos natus, ad Chironem Saturni & Philyræ filium attulit, id eſt, ſeipſum illi dedidit.

ANTISTR. COL. XIII.

Occidentem ceruos ſine canibus, doloſisq; retibus, pedibus enim eminebat. Porrò teneo uerbū, quod antea dictum eſt, nempe, quod profundus in conſilijs Chiron lapidea ſua domo Iaſonem primum, deinde

& Aeſculapium tenere enutriuit. Quem (Aeſculapium dico) præſtantiſſimam artem pharmacorũ, per manus miſcẽdorum docuit. Deſpondit poſthac Peleo clarã fructibus Nerei filiam: prolem præterea ei excellentiſſimam delicate educauit, omnibus animũ eius uirtutibus illuſtrans,

Thetin

EPODOS COL. VIII.

Vt marinis uentorum iactibus ad Ilium profectus, armis horriſonum tumultum Lyciorum expectet, & Phrygum & Dardanum, ſuisq́; in animis figat. Quomodo re ipſa queat efficere, ut Memnon Aethiopum gubernator magnanimus Heleni nepos, nõ porrò ſe domum conferat, ea qua antea poteſtate præditus erat.

STRO. IIII. COL. XIII.

Collucet itaq; Aeacidum inde celebritas. O Iupiter, tuus enim ſanguis eſt, tuum item certamen, quod hymnus non externam uoluptatem, uoce iuuenũ reſonans miſit, quorum uox uictori Ariſtoclidæ decori eſt. Qui hanc inſulam ſua uirtute inclytæ famæ adiunxit, uenerandumq́; Apollinis Pythij † θεάριον. Adeò tandẽ experientia perſpicuũ redditur, in quibus quiſquam præſtantior fuerit.

† θεάριον Pythij Apollinis Aeginæ templum eſt, in quo ſacrorum cuſtodes θεωροὶ agebant.

ANTIST.

ANTISTR. COL. XIII.

Nempe qui inter pueros puerum, inter uiros uirum, tũ qui inter ſenio confectos grandæuũ agit, quales apud gentem mortaliũ omnes reperiuntur partes. Quatuor autẽ uirtutibus claret, fatum non effugiens homo, qui præter modo recẽſitas tris præſentiũ iuxta curam gerere diſcit, à quibus nullus abeſt Ariſtoclides. Salue ô noſter, hoc albo cum lacte permiſtum mel tibi dono mitto. ros præterea mellis temperatus efficit potum celebrem Aeolicis tibiarum cicutis,

EPODOS COL. VIII.

Sero licet. Eſt autẽ Aquila præpes inter uolucres, qui protinus uenatus eſt, procul inueſtigans cruentam pedibus ſuis prædam, clamoroſis graculis humi interim nequicquam carpẽtibus paſcua. Tua ſanè reſplenduit uirtus Clione Muſa uolente, uictricis induſtriæ (qua in Nemeis, tum Epidauro, deniq; Megaris claruiſti) gratia.

TIMASARCHO AEGINETAE LVCTATORI.

ODE IIII.

STROPHE I. COL. XIII.

ABſolutorum laborum optimus eſt medicus lætitia. At ſapientes Muſarum filiæ Odæ attactæ permulſerunt laborem. Verum neque Ther-

me tantum laſſa membra reficiunt, quantum citharæ conſona laus. Verbum itaq; operibus, diutius durat quod cum † gratiarũ fortuna, profundæ mentis lingua produxerit.

† felicibus Gratijs

ANTISTR. COL. XIII.

Proinde mihi liceat Saturnio Ioui, & Nemeæ Timaſarchiq; luctæ hoc hymni proœmiũ ponere. Recipiat autem Aeacidum bene turrita ſedes, conſtanti iure communem laudem. Quod ſi parens tuus Timocritus adhuc flagrante ſole foueretur, bellus citharœdus, frequenter carmini intentus, hymnũ cecinisset pulchræ teſtem uictoriæ.

EPODOS COL. XIII.

Eum uidelicet qui à Cleonæo à certamine coronarum allegauiſſet multitudinẽ ſplendidis, celebribusq; Athenis, & ſeptem portis inſignibus Thebis, rerum potitus. † Eo quod prope Amphitryonis præclarum tymbon, Cadmei, non inuiti ipſum coronis & floribus coronabant, Aeginæ gratia. Siquidem amicus ad amicos perueniẽs, ad hoſpitalem urbem, felicẽ † Herculis aulam peruenit.

† Iodlia intelligit.

† Thebas.

STROPHE II. COL. XIII.

Qui cum Troiam olim fortis Telamon depopulatus eſt, & Coos, & magnum bellatorem ſtupendum † Alcionea, quem tamen nõ antea potuit interimere, q̃ duodecim currus, ac uigintiquatuor Heroẽs ſuos

† Alcionẽ gigantem.

Alcioneus petra occidiſſet. Expers ille pugnæ fuerit, quiſquis ſcilicet uariam nõ intellexerit fortunæ rationẽ, quaq; agentem interdum aliquid pati oporteat.

ANTISTR. COL. XIII.

Plura me enarrare prohibet lex, urgetq; tempus. Trahor autẽ ueluti † Iyngi quadam in corde meo, ut † Numeniã apprehendam. Et quamuis profunda, adeóque medium maris ſaltum iam occupet ſermo, reſiſte tamen inſidijs, alioqui magis quàm hoſtes noſtri, in luce deuiare uidebimur. Enimuero qui inuidia maceratur, uacuum ſecum in tenebris conſilium uolutat

†Iynx Echus aut Pythus, ut quidam uolunt filia, quæ cum ſuis pharmacis Iouem, ad Inus deſyderium amoremq; accenderet, in auem ſui nominis tranſmutata eſt qua ueneficæ utuntur, ut eſt apud Theocritũ in Pharmaceutria. ἶυγξ ἕλκε τυ τῆνορ ἐμὸρ ποτὶ δῶμα τὸρ ἄνδρα. Eſt autem ſententia Pindari, Iyngi, id eſt, ceu Pharmaceutriæ incantamento trahor. † Perficiam hymnũ eo, quo promiſi tempore, Numenias, id eſt, coniunctionis lunæ.

EPODOS COL. XIII.

Humi proſtratum. At mihi quam diuinum numen impertijt uirtutem, credo, quod in longum procurrẽs tempus, felicem conſummabit. Sed enim tu dulcis cithara protinus cum Lydio cõcentu conſue carmen amabiliſſimum, Oenonéque & Cypro, ubi Teucrus eſt Telamonis filius. Sed Aiax patriam Salamiora tenet.

STROPHE III. COL. XIII.

ἀλευκὴν In ponto Euxino † lucidam Achilles inſulã, Thetis uero Phthiam obtinet. Neoptolemus latum Epirum, ubi montium iuga, excellentiſſimos boues ſouentia, à Dodona primum, ad Ionium uſq; mare protenduntur. Ad radices autem Pelij montis ancillarem Iaolcon bellica manu adorſus Peleus Theſſalis morigeram tradidit,

ANTIST. COL. XIII.

Hippolytes Aceſti cõiugis doloſis technis reſpondens. Dædali enim gladio mortẽ ei per inſidias plantauit Aceſtus. At Pelei puer Chiron adiumento erat, & fatalẽ ex Ioue deſtinatũ malum auferebat. Ignem uero omnia corrumpẽtem, ferociumq; leonũ ungues acutiſſimos, aciem item acerrimorũ dentium cohibẽs.

EPODOS COL. XIII.

Duxit ipſam unam excelſarũ ſedibus Nereidũ. Vidit porrò orbicularem thronum, in quo cœli pontiq; cõſidentes reges, munera & potentiã ipſi, ſuam iuxta naturam oſtẽderunt. Vltra † Gadira ad caliginẽ progredi non licet. Reduc ad Europam nauim. Nec enim uirium mearũ eſt, omnem Aeaci liberorũ hiſtoriam percenſere, atq; res præclare geſtas.

† Gadira inſula extra columnas Herculis.

STROPHE IIII. COL. XIII.

† Theandridis corpora uegetantiũ certaminũ paratus

ratus nuncius uenit, Olympia, Iſthmo, Nemeaq́; ornatus, ubi experimentum habentes, nunquam ſine coronis inclytum fructū ferentibus ad domum redierūt. Vbi & patriam illam tuam triumphantibus, Odis miniſtram eſſe audimus Timaſarche. Sin me auunculo Calliclis iubes

†Theandridæ familia quædā à Theandro præclaro Timaſarchi ꝓgenitore, cui hic inſcriptus eſt hymnus.

ANTISTR. COL. XIII.

Columnam ponere Pario lapide albiorē, nihil inficiabar. Aurū dum liquitur, radios mōſtrauit omneis. Hymnus autem egregiorū factorum, & regibus & dijs æqualem hominē reddit. Is Callicles circa Acherontem habitans, linguam meam ſuarum laudum cantatricem inueniat, ut qui in certamine Neptuno tridente inſigni dicto Corinthijs floruerit ſelinis.

λύγδινον

EPODOS COL. XIII.

Quem Euphanes ſenior progenitor ille tuus canet Timaſarche, alij alios uirtutis ſuæ æquales habēt. Hæc uero ſi cui contigerint, unuſquilibet ſperat ſeſe excellentiſſima dicere. Vt ſi quis † Meleſiam laudans contentionem dirimat, uerba connectens inſuperabili eloquētia immobilis perſiſtit, erga bonos quidē leni ſapientia præditus, iniquis uero & uitiligatoribus aſper aſſeſſor.

† Meleſias Timaſarchi unctor.

PINDARI
PYTHEAE LAMPONIS FILIO PANCRATIASTAE.
ODE V.
STROPHE I. COL. XI.

STatuarius non ſum, ut inertia fabricer ſimulacra, in uno ſolo loco ſtantia. Cæterũ per omneis tam onerarias, quàm minores naueis uade & annuncia, ô Muſa, quod condo poëma, quomodo uidelicet robuſtus Pytheas Aeginetes, Lampónis filius in Nemeis ludis Pancratij coronam uicerit, † quom nondum genæ eius uiti autumnum teneram uindemiæ matrem oſtendant.

Id eſt, quom adhuc imberbis exiſtat.

ANTISTR. COL. XI.

E Saturno uero, & Ioue Heroës iaculatores plantatos, áque aureis Nereidibus † Aeacidas exhilarauit matris q; urbem charam hoſpitibus tellurem. Quam olim bonis uiris abundantem, nauibusq; celebrem poſuerũt prope aram patris † Hellenij ſtantes, dũ ad ſydera palmas unà tenderent, Endeidos nobiles filij, uisq; Phoci regis,

† Peleũ & Telamonẽ

† Iupiter Hellenius Aeginæ colitur.

EPODOS COL. XI.

Diuinæ illius prolis, quam Pſamathéa ad littus maris peperit. Verecundor equidem magnum quiddam dicere, neque iure patratum damnum, quomodo iam

percelebrem† Inſulam reliquerũt, & quis genius ab Oenone fortes illos uiros traxerit. Continebo uero me ab huiuſmodi narratione. Nam non omnis conſtans ueritas palàm faciem ſuam oſtentans lucro eſt. Verum ſæpenumero ſilere nouiſſe, homini ſapientiſſimum eſt. † Aeginā. » » » »

STROPHE II. COL. XI.

Sin aliam Aeacidarum felicitatem, aut manuũ uires, bellum'ue laudare ferreum uiſum ſit, longos inde mihi ſaltus quiſquam ſuffodiat, eſt enim leuis genubus meis impetus. Sed et ultra mare aquilæ feruntur, quibus cum & pulcherrimus Muſarum chorus prope Pelium prudenter canit. Inter Muſas porrò citharam Apollo ſeptichordem, aures plectro quatiens,

ANTIST. COL. XI.

Omnis generis modulabatur cantiones. Muſæ uero primum à Ioue orſæ uenerandam Thetin cecinerunt, Peleáq;, ut ipſum tenera Cretheis Hippolyti filia dolo trucidare uoluerit coniux, ipſa† maritũ ſuũ Magnetium Epiſcopũ, uarijs conſilijs perſuadendo. Cæterum falſo confictum concinnauit ſermonem, ut uidelicet† ſponſus ille in lectis Acaſti tentet † Acaſtum † Peleus

Hoc eſt, querebatur Cretheis, quomodo Peleus ſtuprum illi molíretur, ſuiq́; Acaſti legitimum contaminare thorum niteretur.

EPODOS. COL. XI.

Sedem. Longe enim ſecus ſe res habebat. Nam ſæpe

†Peleo ex toto animo decipiẽs ſupplicabat † illi, ut ſecum coiret. Quo ius tamen iram excelſi illi ſermones contriſtabant, ut adeo protinus abdicaret Nympham iſtam, hoſpitalis patris bilem ueritus. Ille uero annuit ei, nubium excitator è cœlo Iuppiter, immortalium rex, ut repente quandam Nereidum aureas colos habentiũ ſibi uxorem ducat,

STROPHE III. COL. XI.

Aſcito ſibi ſocero Neptuno, qui ab Aegis haud raro ad inclytũ Corinthiorum Iſthmũ commeat, ubi à læta iuuenum corona, qui audaci membrorũ robore „ decertant, arundinea phiſtula ſuſcipitur. Apud quos „ iuuenes de omnibus operibus cognata ſortuna arbitri „ locum obtinet. Atqui Euthymenes Aeginæ ad certamina diuinæ uictoriæ perueniẽs, uarios adſequutus es hymnos.

ANTISTR. COL. XI.

Proinde & nunc auunculus tuus Pytheas eiuſdem originis gentem Aegineta ornat. Siquidem illi Nemea ſic apparata eſt, patriusq; mẽſis (qui Apollini in delitijs eſt) ut coæquæuos aduenas domi, adeóque in concauo † Niſi cono, uincat. Noueris deinde te dulciũ Menandri laborum compenſationem feliciter

†Intelligit Megara. Niſus Megarorũ rex fuit. Meandee

nander Athenienſis Pytheæ unctor. Themiſtius Pytheæ auus maternus. Epidaurus ciuitas Argi.

EPODOS COL XI.

Accepiſſe. Decet ab Athenis certantium præfectū eſſe. Proinde ſi uenis prædicatum Themiſtiū, ne adhuc rigeas, uocem ede, intende uela ad Antennarū iugum, pugilemq́; ipſum, & Pancratij uictorē decanta, duplicemq́; uirtutem in Epidauro potitum rerum capere. In Aeaci uero ueſtibulis flores coronarum herbidos ferre, uirentibus cum Gratijs.

ALCIMIDAE AEGINETAE PVERO LVCTATORI.

ODE VI.

STROPHE I. COL. XIII.

Hominum idem, quod Deorum genus, ex una enim parente utriq; ſpiramus. At nos omnis abſoluta uis ſeparat, iuxta quam ueluti nihil ſumus. Ferreū porrò cœlū tuta perpetuò ſedes manet. Quadantenus tamen pares ſumus, ſiue magnam iuxta mentem, ſiue induſtriam dijs immortalibus: tametſi ignoremus qua die uel nocte ad uitæ noſtræ ſummā, quam definiuit diuina prouidentia, nobis currendum ſit.

ANTIST. COL. XIII.

Certis uero nunc ſignis eam cognationem indicat Alcimides, ut agnoſcere poſſimus ex frugifera tellure, quæ quidem per uices aliâs annuum agrorũ prouentum mortalibus tribuit, aliâs uero quieſcẽs robur iterato recipit. Venit ex amabilibus certaminibus puer certaminũ præſes, hãc à Ioue adſequutus fortunã, nũc nõ infelix apparuit, ſed inſtar uenatoris, circa luctam

EPODOS COL. XI.

In Praxidamantis ueſtigijs aui ſui paterni pedem ſuum dirigens. Nanq; †is Olympionices exiſtens primus circa Alpheum, & quinquies in Iſthmo, ter uero Nemeis ab Aeacidis ramis coronatus, Soclidæ memoriam renouauit, qui Ageſimachi liberorum præcellentiſſimus fuit.

† *Praxidamas.*

STROPHE II. COL. XIII.

Poſtquam ei tres præmia certaminum ferentes, ad ſummum uirtutis conſcendere culmen, qui labores guſtarũt, deiq; beneficio, nullam aliam domum per uniuerſæ Græciæ angulos, coronarum adeò promam pugilum certamine demonſtrauit. Confido me magnifica dicendo ſcopum aſſequi, ſagittæ in moram ab arcu miſſæ. Tu Calliope rectum percelebremq; uentũ ad hunc ſcopum dirige. Defunctorũ enim uita mortaliũ.

ANTIST. COL. XIII.

Poëtæ ſapienteſq; homines pulchra ſibi opera tulerunt.

lerunt. At Baſſidarum antiquitus celebratum genus pulchris non deſtituitur uirtutibus, qui priuatim ex ſeſe † Pieridum oratoribus, quæ ad laudem pertinent ſuppeditantes, ex ſuis excellēter geſtis rebus multum hymni adhibere poſſunt. Etenim admirando manus loro ligatus, ab eadē familia progeneratus Callias Pythiorum uictor euaſit, formoſæ concinens

Id eſt, poetis.

EPODOS COL. XI.

Latonæ ramis, iuxta Caſtaliā, ubi decantantium in choro ad ueſperā uſq; reluxit, † marisq; pons indefeſſus in uicinorum Trieterica taurorū uictima honorauit Calliam per Neptunium delubrū. † Ad hæc & Leonis herba uictorem, ſub opacis Ogygijs Phliuntis montibus coronauit.

Id eſt, Delphos.
† i. Iſthmus
† Id ē, Nemea.

STROPHE III. COL. XIII.

Sunt autem latæ ſapientibus undiq; uiæ, ut præclaram hanc inſulam ornent, poſtquàm eis Aeacidæ excellentem præſtitere felicitatem, magnas demonſtrantes uirtutes. Nam & per terrā & mare procul ipſorum nomen uolat: nam aduſq; Aethiopes, Memnone domū non redeunte, proſilijt. Quibus & graue certamen Achilles demonſtrauit, qui ad terram deſiliens à curribus,

ANTISTR. COL. XIII.

Pellucidæ filium auroræ, funeſtæ traiecit haſtæ ia

culo. Et hanc quidem ueteres curulem adinuenerunt uiam, quos & ipſe ſequor, † exercitium habẽs. Quæ uero ad pedem nauis ingruit procella, cuiuis maxime turbare animum dicitur. Ego uero uoluntario dorſo geminum ſubiens pondus, præco ueni, quintum hoc ad uiginti priora quatuor garriens.

i. ſedulo

EPODOS COL. XI.

Votum à certaminibus, quæ ſacra uocant, quod inclyto generi ſuo appoſuit Alcimedes. Duos quidem flores te Alcimida, teq; † Timidã prope Saturnij delubrum ab Olympiade præpes ſegregauit fortuna. Proinde, nõ diſſimilem Delphini † Mileſiã dixerim, propter ſaltus celeritatem, manuũ & roboris, aurigam illum.

† Timida familiaris Alcimidæ. Mileſias unctor.

SOGENI AEGINETAE PVERO, QVINQVERTIO.

ODE VII.

STROPHE I. COL. XII.

PArcarum mente profundarũ aſſeſtrix Ilithya prædurae uiribus Iunonis filia, liberorũ procreatrix, implorantiũ uoto numen tuũ adſis. Tua ſiquidem

quidem deſtituti ope neq; lumen, neq; nigram uidere noctem, nec ſororem tuam Heben membrorum ornatu ſplendidam, adipiſci potuimus. Neque omnes ex æquo æui noſtri uitam tranſigimus. Aliæ enim res, alio nos iugo à felicitate ſeparant. At uero tua ope Thearionis filius abſolutus redditus Sogenes, glorioſus etiamnum cum Quinquertijs cantatur.

ANTISTR. COL. XII.

Is hymnorum amantem urbem bellicoſorũ Aeacidum incolit, qui & animum certaminis non ignarũ in adminiſtratione reip. ſucceſſorẽ potius uoluit. Porrò ſi quiſquam fortunata geſſerit, mellitam is Muſarũ fluentis occaſionẽ dedit. Magnæ ſanè celebrandæ uirtutes, tenebris obſitæ ſunt. Sed enim bonis operibus ſpeculum uno modo nouimus, ſi quis pro inclytis carminum Odis, quæ ſunt ſplendida, uerſantis memoriæ labores, inuenerit munera.

Aeginam

Id eſt, per hymnos.

EPODOS COL. VII.

Sapientes gubernatores tertiæ diei futurum uentum didicerunt, neque antea lucri cauſa ſoluerunt. Porò & diues, & pauper prope mortis tumulũ commorantur. Equidem maiorem Vlyſſis ſapientiam, propter ſuauiſonum Homerum factam, quàm reipſa fuerit, arbitror.

STROPHE II. COL. XII.

» Poſtquàm è ſublimi Homeri arte & mendacijs, » quædam adeſt grauitas, iam & ſapientia uel fabulis » mentem furatur humanam. Quandoquidem plurima » pars mortalium cæcum gerat cor: quod ſi ipſam ue- » ritatem cognoſcere licuiſſet, non armis furioſus, for- » tis Aiax ſubter præcordia funeſtum infixiſſet enſem. Quem optimum Achillis in pugna comitem, pro re- ducenda flaui Menelai coniuge, ſecundi Zephyri fla- tus celeri nauigio duxerunt

ANTISTR. COL. XII.

» Ad Ilium urbem. Cæterũ omnibus ex æquo Ditis » fluctus aduenit, & tam inglorium quàm honorificum » inuadit. Enimuero illi precioſi & celebres reddũtur, » quorum teneram prudentiam adornat Deus, adiuto- ribus uita defunctis. quod in Neoptolemo ſanè perſpi- cuum ſit, qui ad ingẽtem ſinuoſæ terræ umbilicũ per- uenit, nũcq; in Pythijs campis ſitus eſt, ubi Priami ur- bem depopulatus eſt, ubi & Danai defatigati ſunt: à † Scyro quidem ſoluens * deuiauit, uenerũtq; Ephy- ram palantes.

† Scyrus inſula, Latype aliâs.

* Pluralẽ ſingulari adnexuit, peculiari ſibi more Pindarus.

EPODOS COL. VII.

Moloſſiæ quidem modico temporis regnauit, nam regium ferre genus illi ſemper munus fuit. Profectus

Delphos,

Delphos, bona Troiæ direpta ſecum tulit, ubi in ſacrificiorum pugna gladio cuiuſdam infeliciter cæſus ſuccubuit.

STROPHE III. COL. XIII.

Vnde ſupra modũ Delphici Epixeniorum præfecti grauati ſunt, ſed fatum illud ei reddidit. Oportebat enim quendam intus in uetuſtiſſimo ſaltu ab Aeacidis regem poſthac apud fortunatam Apollinis domum eſſe, ac Heroicis te apparatibus immolatione abũdantibus, iuſtum ſpeculatorẽ habitare. Ad ſiniſtram cauſam uero tria hæc ſatisfecerint uerba. Neq; mendax rebus teſtis præſidet. Et tuarũ & Iouis filiorum Aegina (uires meas ſuperat, ſi percenſere debeam) Aeacides intelligit.

ANTISTR. COL. XII.

Vnà cum lucidis uirtutibus, propriam rerum uiam, quæ domi ueſtræ uobis pariuntur. Sed enim re- »
quies in omni opere dulcis eſt. Nam & mel, dulcesq; »
Venerei flores ſatietatem habent. Natura autem ſin- »
guli à ſingulis diſtamus duerſa uiuendi ratione, dum »
alij ad hoc, alij ad aliud rapiamur: unnm autem omnia »
conſequi impoſſibile. Nec habeo de quo pronunciem, »
quod ad ſtabilem uſq; finem hoc fatum porrexerit, ut omnem proſperitatem recipiat. Tibi uero decentem felicioris ſucceſſus opportunitatem † Thearion

† Thearion Sogenis parens.

EPODOS COL. VII.

Impertit fatum, bonorum audaciam accipienti pru

dentia mentis non deſit. Hoſpitem equidem ago, nihil obſcuri apud me conuicij continens. Cæterum ueluti aquæ fluenta in charum uirum ducens, Encomio parato ad ſupera conuexa euehăm. Atq; hæc commoda bonis uiris merces debetur.

STROPHE IIII. COL. XII.

Prope me uero exiſtens Achæus quiſpiam ſuper ſalum Ionicum habitans, de me non conquaeretur: Nam & hoſpitali uiri cõfido. Sed & inter populares contribules meos oculo dextrũ uideo, neq; ſuper me cæteros erigo, omnia uiolẽta remouens à pedibus. Et qđ ſubſequetur tempus, manſuetum erit. Qui coràm hoc didicerit, is recẽſere poterit, anne ad carmen accedā, mendacem ſermonem proloquens. Hoſpitali patriæ Sogenes deiero, me nõ ultra † finem progreſſum, ceu ſagittam ferreis genis miram, excitare tibi

† ſcopum

ANTISTR. COL. XII.

Celerem meam linguam, qui ceruicem & intrepidum robur tuum è Palæſtrica eduxiſti, priuſquàm ardenti ſoli membra tua inciderent, ſi modo labor erat, quandoquidem maior laus è uictoria uenit. Sine me ſi quid ſublimius confinxi gratiam uictori adferre, neque enim difficilis ſum adeò, ut hoc non ſponte faciam. Tu uero facile quiddã de ſacris coronis ordire, O Muſa, inq; æs & ebur aurum conglutina, amabilem iuxta roris marini florem decerpens.

EPODOS

EPODOS COL. VII.

Iouis quoq; non immemor circa Nemea celebrem diuinarum laudum copiam collige quiete. Regem uero in Deûm in eo ſolo ſacra prædicare uoce decorum eſt. Nam aiunt à Ioue ſub maternis genubus Aeacum eſſe plantatum,

Aeginam inetelligit Aeacus Iouis & Aeginæ filius.

STROPHE V. COL. XII.

Meæ quidem felici patriæ adiutorem, O Hercules, tibi uero alacrem & hoſpitem & fratrem. Quod ſi homo opera hominis fruitur, quidnam uicino, intenſa mente ſuum uicinum redamantem, eſſe dixerim? nempe omnium ſummam lætitiam. Porrò ſi idem uicinitatis munus & dij exhibeant, tecum, ô Hercules, qui gigantes domuiſti, feliciter cum patre ſuo uixerit Sogenes, beate prædiuitem atque diuinam progenitorum ſuorum urbem curans.

Aeacus Herculis frater et hoſpes.

ANTIST. COL. XII.

Poſtquàm, ceu in quadrijugis curribus, in delubris moratur, utrinq; tua manu circundatus. Te decet ô felixis Iunonem & maritum eius placare, cæſiamq; filiam. Tu rerum latẽtium, adeoq; imperueſtigabilium uim præſtare mortalibus potes, ſi eis non inſtabilem fortitudine uitam cum pubertate iungas, claræq; ſenectuti felicia tribuas, † pueris & iuuenibus ſemper iuuenum fungentibus

†Vt filij filiorũ, id eſt, poſteri ſemper uel magiſtratu, uel publico honeſto fungantur officio.

EPODOS COL. VII.

Officio, & nunc & poſthac melius. Proinde animus meus nunquam admittet, ut indecentibus Neoptolemũ ſermonibus pingat. Quæ terq́; quaterq́; iterata, dubiũ † liberis ingerunt. At fruſtra nugatur, Iouis Corinthus.

Prouerbiũ

† Liberis τέκνοισι hominibus. Eſt autẽ, quæ terq́ quaterq́, correcto ſuñpſius: ac ſi dicat, quid eadem fruſtra repeto, quom ſatis me de Neoptolemo expurgarim?

DINIAE, MEGAE FILIO, STADII CVRSORI.

ODE VIII.

STROPHE I. COL. IX.

O Venerande flos, immortaliũ Veneris amorum prato, qui uirginũ puerorumq́; aſſidens palpebris, hunc quidem manſuetis neceſſitatis manibus baiulas, alium uero non item manſuetis. Pulchrũ uero eſt ſuo tempore non deuiantem, in qualibet re meliores obtinere poſſe amores.

ANTISTROPHE COL. IX.

Quales fuerunt, qui Iouis Aeginæq́; lectum circuierũt, Cypriæ munerum paſtores. Porrò Oenones filius † (Aeacus) uiſus eſt & manu & conſilijs rex optimus. Sæpe autem nõ pauci ipſum uidere optabãt, ſuaq́;

.i. Aeginæ

ſuaq́; ſponte, omni reiecta pugna finitimorum herou͂ flores illius imperijs obtemperare geſtiebant.

EPODOS COL. XI.

Qui in aſperis Athenis exercitu͂ inſtruebant, qui que cum Spartanis Peloponneſij, ſupplices Aeaci caſtis genubus armabant, pro chara tum urbe, tum ciuibus, quos nunc Lydiam ferens mitram uariæ ornatam, Nemeam ſcilicet ſtatuam pro geminis Deinidis ac Megæ patris ſtadijs celebro. Porrò quæ diuinitus contingit mortalibus proſperitas, æternior eſt.

STROPHE II. COL. IX.

Quæ & Cinnyran in marina olim Cypro diuitijs extulit. Cōſiſto autem pedibus leuibus reſpirans, antequàm quicquam dicam. Multa enim ualde tētata ſunt. Quin & nupera inuenta examini ſubmittere, ut iudicentur, omni periculo obnoxiu͂ eſt. Enimuero ſermones liuidorum aſpectus ſunt. Et liuor perpetuo bonos impetit, neque unquam cum † peioribus manum conſerit. †ſceleratis

ANTISTR. COL. IX.

Ille & Telamonis filiu͂ deuorauit gladio circumuoluens, ubi elinguem quidem, corde autem ſtrenuu͂ triſti certamine † obliuio detinet. At maximum picturato mēdacio munus expaſſum eſt. In occultis enim iudicijs Vlyſſem Danai prætulerunt, unde & Aiax, propter aurea illa arma cum cæde ſui colluctatus eſt. †.i. mors

EPODOS COL. XI.

Atqui inæqualia ſuſceperunt in calido corpore uulnera, cum hoſtibus belligerantes, à pernicioſa mortalibus haſta, & ea quidem cæſi nuper Achillis cauſa, aliorumq; laborum, in multorũ corruptricibus diebus: Ergo & apud priſcos infeſta in blandis ſermonibus deceptio, uulgata fuit opprobrio, unde malum deriuari ſolet, ſtruens technas, quæ quod lucidum eſt uiolat. In conſpicuarũ uero rerũ cura marcida tangitur.

STROPHE III. COL. IX.

Eiuſmodi mihi nunquã oro cõtingat, ô Iupiter pater, uerum ſimplicibus uitæ ſemitis ingrediar, ut mortuus liberis meis gloriam, non peſſimam famam relinquam. Alij auri ſibi copiã, alij infinitos agros optant. Ego uero ciuibus placens, in terram corpus meum occuluerim, honeſta laudans, iniuſtis uero rebus condemnationem adijciens.

ANTISTR. COL. IX.

Augeſcit autem uirtus à ſapientibus iuſtiſq; uiris exaltata, arboris inſtar, quæ uiridi rore ad humidũ aëra ſurgit. Res quidem amicorum uariæ, ſed quæ circa labores uerſantur, ſupremæ ſunt. Inquirit autem & oculorũ oblectatio fidem. Tuam ab inferis reuocare animam, ô Mega,

Ponere fidem, græca loquutio.

EPODOS COL. XI.

Impoſſibile mihi, uacuæ autem ſpei imbellis euentus.

tus. Sed enim patriæ tuæ Chariadisq; abundantem erigere ſtatuam, à Muſis profectam: fortium pedum tuorum gratia, binam binis, mihi non difficile. Cuius rei commodum abſolute cauſa lætor. Operis quidem faſtu miſſo in carminibus quiſpiam laborem doloris expertem ponere queat. Encomia ſanè & quondam fuere, & priuſquàm Adraſtus & Cadmæi inter ſeſe depugnarent.

CHROMIO AETHNAEO CVRRV. ODE NONA.

DYODECAS I.

CVm tripudio procedamus ab Apolline è Sicyone Muſæ, ad recens conditam Aetnam, ubi apertæ reuolutæue hoſpitibus uincuntur ianuæ, ad fortunatas Chromij ædes. Cæterum dulcem carminum hymnum pangite. Siquidem ad equis regendum currum conſcendẽs, matri & geminis liberis carmen nunciat eximiæ Pythonis æqualibus inſpectoribus.

DYODECAS II.

» Eſt uero prudentia quædam hominum, rem inſigniter geſtam, adeoq; abſolutum bonum, nõ tacite humi recodnere: diuina enim carmina cõmodam uictori laudem præbent. Atqui per ſonoram citharam,

atq; tibiam ipſam excitemur ad equeſtrum certaminum culmen, quæ Phœbo poſuit Adraſtus ad Aſopi fluenta. Quorum equidem recordatus inclytis Heroem honoribus illuſtrabo.

DYODECAS III.

Qui tum quidem illic regnans in nouis feſtiuitatibus, fortiumq; uirorum cœtu, & cælatis curribus fulgebat adminiſtrans urbem. Nam fugiebat Amphiaraum conſilio temerariũ, dirumq; paternarum ædiũ ſtatum, & ab Argo. Neq; porrò Talai filij ſeditione compreſſi in Argiuorum principum numerum ueniebant, quanquam meliore uiro lis componatur prior,

DYODECAS IIII.

Quom prioris mariti ſui domitricem Eriphylam, (qui ueluti maximũ pulchra cæſarie præſtantiũ Danaorum iuſiurandum fuerunt) Oëclis filio Amphiarao uxorem darent. Deinceps & Thebas ſeptem portis inſigneis electum exercitum duxerunt, non iuxta fatalis augurij uiam: neq; enim fulmine deiecto, Saturnius à charis ſuis feſtinantes progredi excitauit, ſed ab ea potius tẽperandũ ſibi profectione ſubmonuit.

DYODECAS V.

Perſpicuum itaq; damnum accedere feſtinabat cœtus, ferreis cum armis equeſtribusq; copijs. Deinde quum prope Iſmeni ripas dulcem reditũ† liberantes corporibus albicantem impinguarũt fumum, ſeptem

† deponentes

nanq;

nanq; pyræ robuſtos corruperunt uiros. At uero Iu=piter Amphiarao uehemẽtiſſimo tonitru profundam pectore terram dehiſcere fecit, ipſumq; unà cum equis abſorbuit.

DYODECAS VI.

Priuſquàm animo confunderetur, bellaci dorſo, Periclymenis haſta percuſſus. Cæterum diuinis præ terroribus, & ipſi Deorum filij in fugam ſe conuer=tunt. Si fieri poſſet, Saturni eximie peritas haſtas à Phœnicibus miſſas, pro morte & uita huius deuoue=rim quàm lõgiſſime. Obſecro te felicem fortunã Aet=neorum liberis diu tribuas

DYODECAS VII.

Iupiter pater, ac urbis uirtutibus uulgus admo=ue: ſunt enim illic † uiri equorum gerentes curam, & † animos rebus præſtantiores habẽtes. Incredibile for taſſis dixerim. Quandoquidem lucrum uerecundiam & honeſtatẽ ſuffurari ſoleat: quæ uerecunda inquam gloriam adfert Chronio, defendens ipſum tum in pe=deſtri & equeſtri, tum nauali quoq; pugnis, ubi peri=culum eius acris uirtutis feciſti.

† .i. diuites
† .i. ſapientes.

DYODECAS VIII.

In bellis ergo † dea illa bellicoſum eius animũ in=ſtruebat, ut ſeſe de Martis peſte ulciſceretur. Iam pau cos eſt reperire, qui inſtante pugna, nubem, adeóq; ho ſtium ordines à ſe manu & conſilio uertere queant.

† Pudicitia, reuerentia.

Prædicatur quidem gloria Hectori *florere ad Sca-mandri fluxum. At circa præcipitio profunda* Helo-*ri littora,*

DYODECAS IX.

Quem locum Martis tranſitum uocant, in prima ætate hæc Ageſidemi filio lux uiſa eſt. Alia uero aliis diebus pleraq; & in Epyri terra, aliaq; in Inſulis facinora eius egregia percenſeo. Porrò è laboribus, " *qui iuſte in iuuentute peracti fuerint, ſenij tẽpore dies* " *ipſa tranſigitur. Sit uero nactus à dijs admirandam felicitatem,*

Sciat ſe na-ctum

DYODECAS X.

Qui cum rerum copia glorioſam pariter laudem tulerit. Nam eiuſmodi homini non licet porrò alium felicitatis ſcopum pedibus ſuis attingere: ſympoſium uero quietem amat. Et nuper uictoria parta, cum dulci auguſtior fit Encomio. Porrò confidens uox iuxta craterem editur, quem quidem craterem non iniucundum hymni præcentorem quiſquam nunc miſceat, temperet.

DYODECAS XI.

Ac in argenteas phialas uiolentum uitis filiũ infundat. Quas olim equi hero ſuo Chromio è ſacra Sicyone cum iuſte plicatis Apollinis coronis, tulerunt. Hanc ipſam illius uirtutem celebrare, ac non ſine Gratijs multo uenerari præconio, uictoriarum proxime Muſas apprehenſo ſcopo, exoptarim.

THIAEO VLIAE FILIO LVCTATORI.

ODE X.

STROPHE I. COL. XI.

DAnai urbem & ſtemmatis præclarum quinquaginta filiarum eius Argum, Iunonis diuinam domum, Gratiæ celebrate: collucet autem innumeris uirtutibus, fortium geſtorũ cauſa. Sunt enim prolixæ de Perſe hiſtoriæ, quomodo ſeſe circa Meduſam ille Gorgonem geſſerit. I Dein multæ in Aegypto urbes ſub Epaphi manibus habitatæ ſunt. II Neque uero Hypermneſtra errauit, ſuum unius ſententiæ gladium in uagina retinens. III

ANTISTR. COL. XI.

Diomedem in diuorum immortalium numerũ flaua Minerua quondam retulit. IIII Thebana tellus Iouis fulminata telis uatem, Oeclis filium Amphiaraum ſuſcepit, belli nubem. V Et pulchre comatis mulieribus olim dominatus eſt Iupiter, ad Alcmenã Danaamque perueniens, rationem hanc demonſtrauit. VI Argos

Qui & Adraſti parenti Talao Lynceoq; mentium fructum recte concinnauit modo. VII

Id eſt, iuſtam illorum mentem fecit.

EPODOS COL. XII.

Sed & bellũ Amphitryonis aluit Iupiter, ac fortuna præſtãtiſſimus illius generi adſcitus eſt quum ſit VIII

reis armis Teleboas oppugnaret. Tũ enim facie adſimilatus Ampihtryoni Iupiter, immortaliũ rex, aulam ingreſſus eſt, intrepidum ſemen adferens, Hercu
IX *lis puta. Cuius per olympum uxor Hebe prope matrem ſuam Telian, pulcherrima deûm incedit.*

STROPHE II. COL. XI.

† *Omnẽ bonorũ fortunã, quam uel quæ*

Proinde antea me ſermo defecerit, quàm† omnia præclara enarrauero, quæ Argiuũ delubrũ tenet. Cæterũ excedere modum in rebus graue eſt hominibus. Attamen ſonoram excita lyram, luctarumq́; curam
X *accipe. Certamen enim ferreum, ad litandum Iunoni hortatur, ad præmiorumq́; iudicium (ſententiam) ubi Vliæ filius Thiæus uictoria inſignis, bina uice fortunatorum laborum obliuionem nactus eſt.*

ANTIST. COL. XI.

Obtinuit item Græcum quondam in Pythone exercitum fortuna concomitatus, & Iſthmici, & Nemei certaminis uictor, coronã Muſis, (unde hymno-
Iſth. *rum occaſionem ſumant) dedit. Ter in ponti quidem*
Nem. *portis fortunam bonam adſequutus eſt, ter item in ue*
Olymp. *nerandis campis in Adraſtæis paſcuis. Iupiter pater quæ mente quidem cõcupiſcit, ore conticet. Omnis autem operum finis & conſummatio in te eſt, neque ignauo corde adferens audaciam à te gratiam petit.*

EPODOS. COL. XII.

Cognita deo cano, qui circa ſummorum certami-

num

num cacumina inuigilat. Supremam nempe, quam Piſa habuit, Herculis legem, ſuaues ſanè uoces dilucide in feſtiuitatibus Athenienſium bina ipſum uice laudauere. Terra uero igni aduſta, fructus oliuæ ad Iunonis magnanimum populum acceſſit in uariegatis uaſorum ſeptis.

STROPHE III. COL. XI.

Sequitur autem Thiææ ab auunculis maternis celebre genus noſtrum gloria, certamina decens cũ Gratijs & † Tyndaridis frequenter. Atqui dignus ego iudicari queam, Thraſycli Antiæq; cognatus exiſtẽs, in Argo nõ occultare oculorum lumẽ. Quot enim uictorijs diues illa urbs per Prœtũ floruit? Corinthiacis iugis et Cleonæos apud uiros quater uictoria conſpicua fuit.

† Caſtore et Polluce. Iſth. Nem.

ANTISTROPHE COL. XI.

Sycione uero argẽteis phialis uino aptis honorati receſſerunt Argos. E Pellene induti tergũ molli purpura redierũt Argos. Verũ æris multitudinẽ indicare uires meas excedit, maiore enim ocio indigeret, enumerare quantum æris Clitoris, Tegeæ, Achæorum excelſæ urbes, quantũ item Lycæũ prope Iouis aram cõtulerint, ubi tũ manuũ, tum pedum robore uicerũt.

Pyth. Diia, uel Theoxenia

EPODOS COL. XII.

At Caſtore cum fratre ſuo Polluce ad hoſpitiũ diuertente, apud cognatum tuum Pamphaën, non mirũ eſt, ueſtro generi inſitũ & agnatũ eſſe, ut bonos Atha

letas proferat. Poſtquàm late patentis Lacedæmonis moderatores certaminum ſortem ac lætitiam cũ Mercurio & Hercule adminiſtrant. Siquidẽ ij ualde probos uiros curant, ac fida Deûm ſoboles exiſtunt.

STROPHE IIII. COL. XI.

Permutantes enim alternis, diem quidem alteram charô p.. ri Iôui tribuunt, alteràm uero ſub occultis terræ locis in Therapnes concauitatibus eandem ſubeunt mortem. Poſtquàm hanc uiuendi rationem, Caſtore in bello pereunte, Pollux eligere maluit, quàm ſolus deus eſſe, & in cœlo ſine fratre agere. Hũc enim † Idas boues ſurripiẽtem conſpiciens æreæ haſtæ acumine ſauciauit.

† Idas Martis filius.

ANTISTR. COL. XI.

A Taygeto pede radians Lynceus in ſtipite quercus ſedẽtes conſpexit, ſiquidem omnium longe mortalium acutiſſimi uiſus erat Lynceus. Deinde celeri curſu ſubito ad eos geminos fratres peruenerunt, & ingens repẽte opus perfecerunt, grauiaq; manibus perpeſſi ſunt à † Dioſcuris Apheretide, Mox enim proſtrato Caſtore Ledæ filius adfuit perſequẽs † Apherei natos, at illi prope patris ſui tumulũ reſtiterunt.

† Caſtore et Polluce.

† Lynceus et Idas Apherei filij.

EPODOS COL. XII.

Vnde correptam ditis ſtatuam politam ſcilicet petram iniecerunt Pollucis in pectus, cæterum neq; contundere, neq; cohibere ipſum potuerunt. Excandefactus itaq; celeri iaculo, in Lyncei latera ferrũ traiecit.

Iupiter

Iupiter uero in Idam igniferũ fumidumq́; deiecit ful- »
men,ſiq; unà exurebantur uaſtabãturq́; ambo. Adeò »
difficile eſt fortioribus repugnare uelle.

STROPHE V. COL. XI.

Ilicet ad fratris uiolentiam reuerſus Tyndarides, nondum planè mortuum, ſed adhuc ſenſu † frigefacientem reſpiratiões repperit. Calenteis itaq; lachrymas ſtillans, et gemitus, recte clamauit: Iupiter pater, quis tantorum luctuum finis erit? Et mihi cum hoc infligas mortẽ, ô rex. Priuato enim amicis uiro oĩs abit honor. »
Iã & pauci mortaliũ in adflictiõe fideles inueniũtur »

.i.reſpirantem palpitantem.

ANTISTR. COL. XI.

Qui laborem & curam amici ſuſcipiãt, aut leuaſ- »
ſent. Sic dixit. At Iupiter ſic orſus cõtrà id uerbi proloquutus eſt: Tu quidem mihi filius es, illum uero deinde maritus Tyndaris matri tuæ appropinquãs mortale ſemen ſtillauit. Sed age tamẽ horũ tibi † electionẽ tribuo. Siquidẽ mortem fugiẽs, inuiſamq́; ſenectam, in olympo uelis agere, cum Minerua cruentoq́; Marte

† optionẽ.

EPODOS COL. XII.

Eſt harum tibi rerum ſors. Sin circa fratrem pugnando in omnibus tuis cum eo æque diuidere cogitas, partim quidem ſub terra exiſtens ſpiraueris, partim uero in aureis cœli ædibus. Hæc ubi fatus eſſet Iupiter, † non duplex animo conſilium Pollux poſuit, reſoluitq́; oculũ, deinde & uocem reduxit armati adeoq́; fortis Caſtoris.

† Non dubitauit utram optionẽ eligeret.

ARISTAGORAE PRAESIDI TENEDIO, FILIO ARCESILAE.

ODE XI.

STROPHE I. COL. VI.

O Veſta Rheæ filia, Iouis altiſſimi, eiusque ſororis dominatione et regno æqualis Iunonis ſoror, quæ Curiam inhabitas, benigne quæſo tuum ad thalamum Ariſtagoram ſuſcipe, illiusq; prope ſplendidum ſceptrum à conſilijs benigne item complectere, qui te uenerantes iuſte adminiſtrando conſeruant Tenedon,

ANTIST. COL. VI.

Sæpenumero quidẽ libaminibus atq; ſacrificijs primam Dearum colentes. Ipſis porrò cithara & carmen perſonat, hoſpitalisq; Iouis exercetur ius in æternis eorũ menſis. Proinde cũ laude & gloria duodecim menſium interuallum læto corde perage.

EPODOS COL. IX.

Præterea uirum illum Arceſilan parentem, admirandũ illud corpus, intrepidamq; prolem beatifico. Quod ſi quis tum diuitijs, tum forma præſtiterit alijs, inq; certaminibus primas tenens uires ſuas demõſtrauerit, is & ſeſe mortalia circũferre membra, & terrã ſe olim fatis ordinantibus ſubiturum.

STROPHE

STROPHE II. COL. VI.

Huiuſmodi bonos principes bonorū ciuium præconijs euehi cōuenit hac mellita illorum gratia fabrefacta carmina concinere. Verū enimuero quum è uicinis ſedecim eſſent colluctatores, ſolum Ariſtagoram patriamq; eius lucta & magnifico Pancratio celebrē ſplendidæ uictoriæ coronauerunt. Antagoniſtæ.

ANTISTR. COL. VI.

Spes uero parentum ſegniores pueri uires retinuerunt, quo minus in Pythone et Olympia certaminum periculū faceret. Per ſanè ipſum iuſiurandū ac meam exiſtimationem prope Caſtaliam ac nemoroſum Saturnij montem ueniens, pulchrius profecto præ certantibus reliquis collegis redijt. Pyth. Olymp.

EPODOS COL. IX.

Ad quinquennem Panegyrim, Herculis nimirum inſtitutionem lætus peruenit, comam purpureis religatus ramis. Cæterum alium quidem mortaliū mente carentes, gloriationes à bonis decernunt. Aliū uero conqueſtum rurſus fortem tamen ſuis communiuit bonis, animus non temerarius exiſtēs, manumq; ab arrogantia retrahens.

STROPHE III. COL. VI.

Conijcere ualde facile tum erat Piſandri quondā à Sparta ſanguinem eum eſſe. Ab Amyclis enim perrexit cum Oreſte armatas Aeolenſium copias huc reducens. Sed & iuxta Iſmeni fluenta inſtructū Ariſta

gorам Melanippi materni aui neceſſarium eſſe appa

† Auitæ rebat. † Antiquæ ita uirtutes

ANTISTROPHE COL. VI.

» Auferuntur, robur hominum permutatæ genera-
» tionibus, Neq; deinceps nigra tellus in promptu fru-
» ctum dedit, nec arbores ſingulis annorum reuolu-
» tionibus bene olentem florem ferre diuitijs ſimilem uo
» lunt, niſi per alternationẽ. Eodem pacto mortale ho-
» minum robur ducit

EPODOS COL. IX.

» Fatum. At qui ex Ioue homines finis manet, illum non prænoſcimus, non ob oculos ponimus, ſed faſtuoſi incedimus, multa opera in animo noſtro uerſantes. Sed membra noſtra impudenti ſpei alligata ſunt. Prudentiaq; & præmeditati conſilij fluxus à nobis remo
» ti ſunt. Ergo lucri modum uenari opportunum ac de-
» corum eſt. Amorum nanq;, quos conſequi nequeas, ue
» hementiores inſaniæ fuerint.

VNDECIMAE ET VLTIMAE NEMORVM ODAE FINIS.

PINDARI

ISTHMIA. HERODO TO THEBANO.

ODE I.

STROPHE I. COL. VII.

MATER *mea uiris martijs abundãs Thebe, opus tuũ omni negocio præſtantius iudicabo. Ne mihi obſecro iraſcatur aſpera Delos, in qua nunc compoſui quiddam bonis inclytisq́; parentibus amabiliſſimum. Cede ô Delos paululum, utrarumq; enim Gratiarum copulabo ſummam.*

ANTISTR. COL. VII.

Et intonſam ferẽtem comam Phœbum hymnis celebrans in circunflua Ceocum inſularibus uiris, et mariſceptam Iſthmi eminentiam: poſtquam ſex coronas Cadmi exercitui è certaminibus tribuit, pulchram uictoriæ cauſa gloriã patriæ. In qua & intrepidũ Alcmena peperit.

EPODOS COL XI.

Filium, quem feroces olim Gerionæ horruerunt canes. Ego uero Herodoto, qui curru quadrijugo uicit, quiq́; per ſeſe habenas gubernauit, hoc encomij apparans, uel Caſtoris uel Iolai adiunxerim hymno. Illi enim Heroũ aurigæ tum Lacedæmoni, tum Thebis, præſtantiſſimi nati ſunt.

STROPHE II. COL. VII.

Ac in certaminibus plurima nacti ſunt, tripodibus, lebetibus, aureisq; phialis domum ſuam adornarũt, coronis, quæ uictoribus debentur, redimiti. Clara uero illis uirtus & nudis ſtadijs, & in ſcutis ſtrepentium armatorum curſibus relucet.

ANTISTR. COL. VII.

Quales nanq; erant, dum manibus haſtas traijcerẽt, ac lapideos diſcos iacularẽtur: nec tũ enim q̃nquatriũ erat, ſed quodlibet egregiũ opus ſua merces manebat. Siquidẽ frequẽtibus coronarũ ramis iubas religabãt, id quod † prope Dirces fluenta & Eurotæ apparuit.

† Iolaus inclytus prope Dircen Thebarũ fontes, Caſtor apud Eurotam Lacedæmonũ flumen apparuere.

EPODOS COL. XI.

i. Thebanus ciuis

Iphiclis enim filius Spartanorum generi contribulis erat. Tyndarides uero inter Achæos altam Therapnes ſedem incolit. Sed ualete heroës coætanei. Ego uero Neptuno, diuinæq; Iſthmo, Oncheſtiq; litoribus hymnum diligenter curans, uictoris huius nomine demirandã Aſopodori patris fortunã celebrabo,

STROPHE III. COL. VII.

Orchomeniq; patriam tellurem. Quæ ipſum nauigio grauatum ex immenſo ſalo horrida ſuſcepit fortuna. At nunc rurſum cognatum priſtinæ felicitatis te acceſſit fatum. Fit autẽ ut qui defatigatus ſit ſemel, animo poſthac prudentior & cautior fiat.

ANTIST.

ANTISTR. COL. VII.

Sin uirtus toto ſuo impetu in his duobus, ſumptu nempe atq; labore conſtat, æquũ eſt, ut ij qui ipſam conſequuti fuerint eximiam laudem citra inuidiã ferant. Poſtquàm facile donum eſt ſapienti uiro, commune erigere bonum, ubi pro uarijs præclaris q́; laboribus bonum uerbum dixerit.

EPODOS. COL. XI.

Alijs hominibus in ſuis negocijs alia merces dulcis eſt, puta opilioni, agricolæ, aucupi, piſcatori, & ei qui difficilem à uentre ſuo famam diſpellere molitur. Qui uero in certaminibus aut bellis delicatam laudem bene prædicatus tulerit, ſummum is lucrum à ciuium hoſpitumq́; linguæ flore receperit.

STROPHE IIII. COL. VII.

Nos proinde Saturni filium Neptunũ equeſtrem recompenſantes, ipſum curruum benefactorem collaudare conuenit. Ac tuos Amphitryo natos, Minyumq́; Orchomenum, inclytumq́; Cereris nemus Eleuſinam & Eubœian in flexis curſibus euehere.

ANTISTR. COL. VI.

Deinde & tuum Achiuorum Philacæ † delubrũ inter Herodoti uictorias connumero ô Proteſilae: omnia uero percẽſere, quæ Mercurius certaminũ præſes equis præſertim Herodoto tribuit, breuem menſuram habens hymnus non admittit. Atqui ſæpenumero tacuiſſe, non parum gratiæ attulit.

† τέμενος, non ſolum Delubrum, ſed & aliũ ſegregatũ locum ſignificat. Vide Scholia.

EPODOS COL. XI.

Faxint autem ſuperi, ut ſplendidis canorarũ Pieridum alis excitatus in Pythijs. Porrò & Olympiis, excellẽtibus Alphei † ramis manũ ſuam obfirmet, gloriam Thebis ſeptem portis minime obſcuris, allaturus. Quod ſi quiſpiam in penetralibus ſuis clanculũ diuitias coaceruans, alium in quem inciderit, derideat, is non reputat, quod inglorius animam ſuam Plutoni ſeruet.

† Olea

XENOCRATI ACRAGANTINO.

ODE II.

STROPHE I. COL. VIII.

VEteres, ô Thraſybule, quicunq; ad precioſarũ Muſarũ ſcandebant currũ, inclytæ participes citharæ, facile mellitos in pueros hymnos condebant. & ut quiſque pulcherrimus erat, ſic formoſæ Veneris ſuauiſſimum florem ac fructum ad Venerem allicientem habebat.

ANTISTR. COL. VIII.

Nec enim tum lucro aliquo pacto inhiabat Muſa: neq; mercenaria, neque uẽdebantur dulces melliſonæ, faciem deargentatæ, mollíloquæ à Terpſichore cantiones. Hodie uero hoc Argiui uerbum, proxime uerum incedens, admittit nobis obſeruare Muſa.

EPODOS COL. VII.

Adagium

Pecuniæ, pecuniæ, uir dixit, qui cum familiaribus,

tum

tum amicis deſtitutus erat. Verum tu ſapiens es, nec enim incognita cano. Iſthmiam equeſtrem, puta uictoriam, quam Xenocrati Neptunus tribuens, coronam è ſelino illi † Dorico miſit, qua comã redimeret, *† uel Corinthiaco*

† Arido ſelino Iſthmij uictores, uiridi Nemei donabantur.

STROPHE II. COL. VIII.

Curru decorum uirum honorãs Acragantinorum lumen. Criſæ nanq; late potens apparuit, idq; Apollinis nomine: qui eum & benignus inſpexit, & ſplendorem tribuit. Illic enim celebribus Erechthidon gratijs in altum ſublatus præclaris Athenis, non conqueſtus eſt laxam aurigæ manum,

ANTIST. COL. VIII.

Quam Nicomachus opportune omnibus habenis uerſat. Quem & horarum Olympici ludi præcones agnouerũt, Saturnij Iouis in Elide ſacerdotes, ubi hoſpitalitate quadam adfecti, ſuauiter ſpirante uoce Xenocratem ipſum ſuſcipiebant, aureis uictoriæ genibus incedentem

EPODOS COL. VII.

Suam per terram, quam Olympij Iouis ſaltum uocũt, ubi Aeneſidemi † filij immortalibus aucti ſunt honoribus. Etenim neq; uobis incognitæ ſunt ædes amabiliũ hymnorum Thraſibulæ, neque non mellitæ ſonantium Odarum. *† Theron & Dinomenen*

STROPHE III. COL. VIII.

Nec ſcrupuloſa, nec aduerſa uia eſt, ſi quis ad gloria dignorum uirorum domos Muſarum honores ducat. Porrò tanto ego ſermonem meum longius iecero, quanto præ cæteris mortalibus dulciorem conuictus rationem exhibuit Xenocrates, uenerãdus enim & gratus ob ſui conuerſationem ciuibus erat.

ANTISTR. COL. VIII.

Aequitatũ deinde Græco curabat more, deorumq; omneis panegyres religioſe ſuſcipiebat, neq; unquam ſpirans felicior aura uelum circa menſam contraxit. Cæterũ æſtiuo tempore ad Phaſin uſq;, Hyberno uero ad Nili uſq; littora proficiſcebatur.

EPODOS COL. VII.

Ne igitur tametſi liuidæ curæ mortaliũ mentes obſepiant, paternam unquam uirtutem ſileat, neque hymnos, quandoquidem non ineptos eos condiderim. Proinde ubi ad meum diuinum hoſpitem perueneris, hæc Nicaſippe recita.

MELISSO THEBANO, EQVIS.

ODE III.

STROPHE I. COL. XI.

SI quiſquam mortalium, ſiue cum glorioſis certaminibus, ſiue diuitiarũ robore continet animo

continuam

continuam ſatietatē, dignus eſt, † cui à ciuibus benedicatur Iupiter. Eximiæ uirtutes tuo beneficio mortales comitantur. Enimuero futura conſiderantiū maior eſt felicitas, at peruerſæ mentis hominibus nō item omni tempore florens proſperitas adeſt.

† qui à ciuibus prædicetur, laudetur, magnifiat.

ANTISTR. COL. X.

Celebrum uero operum præmia pro bona re debita euehere decet, ac admirandis gratijs efferre. Ergo duorum certaminum ſors eſt Meliſſo, qua cor ſuū ad dulcem uertat lætitiam: primū quod in Iſthmi uallibus coronas acceperit, deinde qđ in caua alto pectore inſignis leonis ſylua Thebas pronunciarit,

EPODOS COL. XI.

Equeſtrem uictoriā obtinens. Scilicet cōplantatam & congenitam uirorū indolem & fortitudinem non redarguit. Agnoſcitis ſanè Clionymi & antiquā in curribus uirtutem & gloriam, & eos qui matris nomine Labdacidis, non inæquales diuitias poſſidebant quadrigarum laboribus. Tempus enim ſubinde alia aliâs d ierum reuolutione producit. At deorum liberi, immutabiles, & ad malum inflexibiles exiſtunt.

EIDEM MELISSO.

ODE IIII.

STRO. I. COL. X.

Eſt mihi deorum gratia, infinita undiq; uia, ô Meliſſe: ſed & tu occaſionē in Iſthmijs uictos

rijs monſtraſti, ut hymno ueſtras uirtutes proſequar. Quibus Cleonymidæ perpetuo florentes cum Deo mortalem uitæ tranſigunt finem. Sed enim aliâs alius ſecundus uentus omnis homines adflans & excitans trahit.

ANTISTR. COL. X.

Quin & Thebis ex antiquo ſtẽmate et celebres prædicantur, & in uicinos hoſpitales, ab omni prorſus tumultuante iniuria alieni. Quæcunq; teſtimonia ſuper homines, tam uiuos, quàm uita functos ſpirant de difficili adeoq; inacceſſa uirtute, ij nimirũ omnibus numeris adſequuti ſunt. Porrò & domeſticis rebus præclare geſtis extremas Herculanas aduſq; columnas pertingunt.

EPODOS COL. XI.

Neq; ultra Gades niti datur. Præterea & fuit illis quo equitatum fouerent, & quo ferreo Marti placerent. Cæterum una quapiam die aſperi belli tempeſtas, & ueluti grauis defluxus niuis quatuor uiros beato Lare orbauit, At nunc rurſum exacta hybernariorum menſium caligine, terra ueluti purpureis uernans roſis cõſpicitur.

STROPHE II. COL. X.

Deorum conſilijs. Terræ uero commotor Neptunus † Oncheſtũ, et marinũ pontum ante Corinthi muros inhabitans, hunc admirandum generi eius hymnũ tribuens è lectis ueterem reducit famam honorũ operum

† Oncheſtum ſacer Neptuno locus.

rum. Siquidẽ ea in ſomno cecidit, excitata uero colore lucet, ceu Boſphoros inter alia admirationi eſt ſydera.

ANTISTR. COL. X.

Quæ famæ claritudo & in cultis Athenis, atque Adraſti certaminibus Sicyoni peractis, currum pro=clamans uincere, præbuit huiuſmodi Encomia, qualia & progenitorum tuorum à tunc exiſtentibus poëtis fuere. Qui neq; in publico conuentu flexibilem reti=nebant currũ, ſed cũ uniuerſis Græcis certantes equo rum ſumptu gaudebant. Eorum enim qui nihil exper ti ſunt, nulla eſt memoria, incognitã enim uitam ſilen=tio preſſam uiuunt.

EPODOS COL. XI.

Eſt autem quædam pugnantium obſcuritas, quan=diu ad finem non fuerit peruẽtum. Alia enim alijs for=tuna impertit, quæ & interdũ bonum uirum à peio=ribus arte & fraude circumueniri facit. Agnoſcitur id in Martia Aiacis fortitudine, quam in intempeſta nocte ſuo enſe reſecans, ingẽtem luctum Græcorũ li=beris, quicunq; Troiam ſe receperant, reliquit.

STROPHE III. COL. X.

Atqui Homerus Aiacem apud mortales honorifi cum reddidit. Qui omnem ipſius uirtutem colligens, ad uirgam diuinorum carminum, poſteris celebran=do recenſuit. Porrò hoc immortale præconium eſt, Homerus.

" ſi quiſpiam quid apte & eleganter dixerit. Ac rerum
" bene geſtarum radius, & laus nullis unquam ſeculis
" inextinguibilis, tum per fertilem terram, tum pon-
" tum commeat.

ANTIST. COL. X.

Vtinam & ego ſolertes Muſas conſequar, ut illum hymnorũ ignem attingere queam, dignamq; Pancra-tij coronam, Meliſſo Theleſia de ramo. Eſt enim illi æque animus in labore, atq; leonibus, dum feroces ue-nantur beſtias. Conſilio uero & calliditate uulpem agit, quæ ſupine recumbẽs, aquilæ impetũ remoratur
" ac prohibet. At uero prudentis eſt hoſtem inglorium
" inſtituere.

EPODOS COL. XI.

Neq; enim Orioneam naturam nactus eſt, ſtatura quidem breuis, cæterum dimicandi artis peritiſſimus. Verum ad Antæi domos † Cadmeijs Thebis, corpo-re quidem non adcò magnus, animo uero indefeſſus Antagoniſta uenit, ut eum qui hoſpitum cranijs Ne-ptuni templum coronaret, cohibeat,

† In frugiferа Libya ſitas.

STROPHE IIII. COL. X.

Filius Alcmenæ, qui uniuerſæ terræ, & cani maris præcipitijs alti reperto fine, fretoq; ad nauigationes pacato, Olympũ conſcẽdit, ubi apud Aegiochum, pul cherrrima felicitate fruẽs demoratur, precioſus et cha rus immortalibus dijs. Quãdoquidẽ & aurearũ do-morum † rex Heben ac Iunonis * generũ coniugauit.

† Iupiter * Herculẽ

ANTIST.

ANTISTR. COL. X.

Cui ſuper Electridas conuiuium exhibentes ciues, & nouis aras coronis ornamus, in memoriam & ſacrificium octo fortium interemptorum: Quos Megera Creontis nata Herculi peperit filios. Quibus ab obitu ſolarium radiorũ oriens flamma totam noctem lucet, in aërem uapore fumi quadantenus calcitrans.

EPODOS COL. XI.

Poſtero dehinc die annuorum ludorum finis eſt. In ea uero fortitudinis opus abſoluitur, ubi redimitus caput myrtis uir ille duplicem uictoriam demõſtrauit, qui antehac tertiam à pueris reportarat prudenti gubernatoris, agilisq; aurigatoris cõſilio uſus. Proinde cum † Orſea ipſum uictorẽ exultans laudabo, iucundam deſtillans gratiam, atq; præconium.

Herculani enim ludi celebrantur.

† Orſeas nobilis Meliſsi unctor.

PHILACIDAE AEGINETAE PANCRATIO.

ODE V.

STROPHE I. COL VIII.

VEnerãda Solis mater Thia, te propter præpotens aurum alijs metallis excellentius iudicarunt mortales. Etenim in ponto negociantes naues, & in curribus certantes equæ propter tuum honorẽ, in ueelociter ſeſe uortentibus ludis admirandæ ſunt.

ANTISTR. COL. VIII.

Inq; ludicris certaminibus uenerabilem gloriam

perpetrarunt, quibus manuum robore aut pedum uelocitate uincentibus denſæ coronæ religarunt cæſariem. Sed fortitudo mortalium à deo eſt. Porrò duo ſunt, quæ iucundum uitæ florem, cum uirenti felicitate paſcunt,

EPODOS COL. XI.

Nempe ſi quis bene adfectus, bonum audiuerit ſermonem. Præter hæc ne fruſtra coneris Iupiter fieri: omnia nanq; habes ſi tibi talium bonorum ſors contigerit. Mortalia mortales decent. Tibi uero in Iſthmo Philacida duplex uirtus pullulans conſtituta eſt, & Pytheæ in Nemeis Pancratij uirtus repoſita eſt. Meum uero cor non ſine Aeacidis encomia tua decantat. Cum gratijs enim Lamponis'q; filijs adueni

STROPHE. II COL. VIII.

† Aeginā intelligit.

Ad hanc legibus bene ordinatam † urbem. Sin horum uita per puram diuinorum operum ſemitam uerſa eſt, ne inuideas, pro laboribus illorū hymnum poëtæ conuenientem contexere. Etenim qui ex Heroibus inſignes bellatores fuerunt, uel poſt mortem encomia conſequuti ſunt. Celebrant enim & in citharis, & tibiarum ſonoris concentibus

ANTISTR. COL. VIII.

Omne per æuum. Meditationem poëtis Iouis gratia præbuerunt fortiter agentes. In Aetolorum quidē ſacrificijs cōuentibus ue lucidis, Oenidæ præduri uiribus. Thebis uero equeſtris Iolaus munus habet, Per

ſeus aũt in Argo. At Caſtoris Pollucisq́; haſta prope Eurotæ fluenta.

EPODOS COL. XI.

Verum † Oenone magnanimi mores Aeaci liberorum celebrantur: qui ſociali pugnæ ſœdere bis urbem Troianorum depopulati ſunt, Herculem primũ ſequuti, deinde Atridas. Proinde à principo mihi Muſa repete, qui Cycnum, qui Hectorem, & intrepidum Aethiopum exercitus ducem inſigniter armatũ Memnona interfecerint. Quis enim fortem Telephũ ſua haſta ſauciauit prope Caici ripas? .i. Aeginæ

STROPHE III. COL. VIII.

Quibus iam dictis eloquentia Aeginam decoram illam inſulam patriã tribuit. Extructa eſt autem & iam olim turris, quam altis ſuis uirtutibus cõſcẽdant. Quin & lingua mea multas circa Aeacum ſagittas cõtinet, quibus illum reſonet. Nuncq́; in Marte teſtari queat ciuitas Aiacis, nautis defenſa Naumathia Aegi-netarum.

ANTIST. COL. VIII.

Salamis, in multa corrumpente Iouis imbre, in denſa innumerorũ uirorum ſtrage. Attamen gloriationem hanc ſilentio complue, cela. Iupiter hæc & hæc gubernat omnium dominus. Porrò huiuſmodi fortiũ uirorum uirtutes, uictoria pulchrum gaudium, præ amabili melle diligunt. Eat nũc & belligeretur quiſquam ſtrenue,

EPODOS CO. XI.

Et in certaminibus Cleonici genus addiſcat, neque enim prolixus uirorum labor obliteratus eſt, neque quantum in ſpes uictoriarum inſumptum eſt, ego cura & carmine meo obſcurauerim. Cæterum & Pytheam membrorum domitorem laudo, qui Philacidæ laborioſum curſum felicem manibus ſuis reddidit, mente prouidus. Proinde apprehende Philacidæ coronam, adfer uilloſam mitram, & adlega ſimul elegantem recens natum hymnum.

PHILACIDAE PYTHEAE, EORVMQVE AVVNCVLO EVTHYMENI.

ODE VI.

STROPHE I. COL. XIII.

SEcundũ calicem (quemadmodũ in florenti mortalium ſympoſio fieri ſolet, ut miſceantur pocula) muſicorum cantuũ ſuper certaminibus præclari generis Lamponis temperamus. At tibi Iupiter florem coronarum in Nemeis ſuſcipientes, primum craterem libamus. Nunc puerorum armatiſſimo Phylacidã uincente Iſthmia Neptuno ac quinquaginta iuxta Nereidibus, alterum ſtatuimus. Tertium uero Seruatori Olympio exhibentes liceat, dulciſonis Aeginam celebrare carminibus.

ANTSTI

ANTIST. COL. XIII.

*Quod ſi quiſpiam ſumptu laboreq́; adiutus diui- »
nas perficit uirtutes, ac illi iuxta* Deus *amabilem glo- »
riam parat, is ad ſummam nimirũ felicitatẽ anchoram »
iacit, diuino honore adauctus.* Hac ratione *Cleonici fi »
lius inambulans, & canam ſenectam, adeoq́; ipſam ſu
ſcipere mortem optat. Ego uero alte ſedẽtem Clotho
ſororesq́; eius Parcas imploro, ut inclytis chari homi
nis uotis propitiæ ſint.*

EPODOS COL. XI.

Vos autem curribus uenerandi Aeacidæ, mihi ius eſſe clariſſimum dico, ut inſulam illam ingrediens laudibus aſpergam. Atqui multæ magnæq́; in promptu uiæ conſtitutæ ſunt, quibus res bonæ extollantur, & ultra Nili *fontes, & per* Hyperboreos. *Neque uſquam adeo barbara, áque ſermone aliena ciuitas fuerit, quæ* Pelei *herois felicis deorũ generi famam nõ audierit.*

STROPHE II. COL. XIII.

Neq; ſi ipſa Aiacis Telamonij eius'ue parentis urbs fuerit. Quem *Telamonẽ, quem unà cum* Tirynthijs, *gaudens ferro bellum, prudentem ſanè auxiliatorem Troiam (quæ* Heroibus *negocium fecit) ſecum perpetratum à* Laomedonte *ſcelus claſſe aduexit* Alcmenæ *filius.* Cepit *quidem* Pergama, *deinde & Chorum gentes* Telamone *adiutus, bubulcumq́;* Alcyonẽ *monti ſimilem,* Phlegris Thraciæ *repertum. nec manibus pepercit grauiter ſtridenti arcui ſuo*

ANTISTR. COL. XIIII.

Hercules. Verum Aeacidem ad claſſem uocans, omnium in conſpectu prædicauit. At in tergore leonis ſtātem Amphitryoniadem, bello inuictum, litare dijs nectare iuſſit. Porrò phialam auro grauem, uini ſuſceptricē, præſtantiſſimus ei Telamon reddidit, qui indefeſſas manus ad cœlum tendens, tali quodam ſermone precatus eſt: Si inquam ô Iupiter pater preces meas tua ſponte exaudiſti,

EPODOS COL. XI.

Nunc tibi nunc inquam diuinis precationibus ſupplico, ut huic uiro fortem filium ex Eribœa tribuas: ipſum uero amicum meum ita fortunatū reddas, ut corporis uiribus alioqui ineffabilē, talis animus maneat atq; ſequatur, qualis eſt quem hæ contegunt exuuiæ Leonis, quem olim ante omnia primum certamina in Nemea occidi. Hæc ubi dixiſſet, magnam auium ducem aquilam Deus demiſit, ingenti uero intus gaudio perfuſus eſt.

STROPHE III. COL. XIII.

Dixitq́;, ceu uates aliquis oraculum ædens: Erit tibi filius quē petis Telamon. Vocabisq́; prolem ex uiſo alite excellentē uiribus Aiacem, belli uirtutibus cunctis populis admirandum. Sic fatus continuo reſidebat. At mihi omnes enerrare uirtutes, prolixius eſt, quàm ut res ferat. Siquidē Philacidæ, Pytheæ, Euthymeniq; laudū, ô Muſa, diſpenſator ueni. In quorū gratiā Argiuo more quicquā tamen breuiſſime dicetur.

ANTIST.

ANTISTR. COL. XIII.

Tulerunt enim uictorias à Pancratio treis in Iſthmo, & eas quas à florente Nemea ſuſceperunt, ſplendidi filij & auunculi, qualem uero inde hymnorum ſortem ad lumen reduxerunt. Pſalychiadarum quidem tribum pulcherrimo rore Gratiarum rigant iuſtitiæ adminiſtrantes domum, ciuitatem illam deo gratam inhabitant. Lampon uero operibus exercitiũ tribuens, carmen illud Heſiodicum impenſe honorat, filiosq; ſuos recenſendo eo cohortatur,

EPODOS COL. XI.

Commune patriæ ſuæ ornamentum adducens, qui & beneficentia, quam in hoſpites exercet, commendatur. Moderata enim in animo ſuo ſequens, moderata item obtinens, linguam non imprudentem gerit. Dixeris illũ inter athletas eſſe id, quod eſt cos Naxia ferrũ domans inter cæteras petras. Equidem potabo eos pura Dirces lympha, quam caſtæ Mnemoſynes comptæ filiæ produxerũt prope bene munitas Cadmi portas.

STREPSIADAE THEBANO, PANCRATIO.

ODE VII.

STROPHE I. COL. VIII.

IN quonam uero bonorum ueſtrorum animum ueſtrum exhilaraſtis maxime, ô felices Thebæ? Arbitror equidem tum quum ære pulſantis Cereris co-

mosum Bacchum protuliſti, aut quando in intempeſta nocte aurum ni ingentem deorũ præſtantiſſimum ſuſcepiſti.

ANTIST. COL. VIII.

Quando in Amphitruonis ueſtibulo cõſtitutus uxorem cum Herculana prole acceſſit, aut quando Tireſiæ uatis denſa conſilia imitata es, aut quando Iolaũ aurigandi peritum conſpexiſti, aut quum Spartæ lanceis indefeſſi admitterentur, aut quando ex uehementi conflictu Adraſtum liberis ſuis orbatum amandaſti

EPODOS COL. VIII.

Ad equeſtrem innumerorum ſociorum Argos, aut quando Doricam Heraclidarum expeditionẽ, in recto Lacedæmoniorum pede ſtatuiſti. Cœperunt enim Amyclas Aegidæ ciues tui, idq́; Pythij Iouis oraculo. Cæterum uetus gratia ſopita eſt: priſcæ uirtutes obliuioni dãtur. Immemores enim ſunt mortales

STROPHE II. COL. VIII.

Eius rei, quæ non ad ſummum ſapientiæ florem inclytis carminum fluxibus adnexa peruenerit. Deinceps uero Strepſiadẽ dulciſono hymno canas. Is nanque ab Iſthmo Pãcratij uictoriam refert, robore quidem ſtupendus, cuiuis formoſa mens non minorẽ corporis pulchritudine uirtutem ducit.

ANTIST. COL. VIII.

Lucet que nunc uiolacea cæſarie decoris Muſis. Huius quidem eiuſdem nominis auũculo communem gloriam

gloriam uictoria dedit, Marsq́; mortem propinauit. Atqui bonis pretium ſuũ propoſitum eſt. Id enim planè nouerit quiſquis in tali nebula ſanguinis grandinẽ pro chara patria ferat, Bello Peloponeſiaco.

EPODOS COL. XI.

Hoſtemq́; contrario exercitu fundat, ciuium ſuorũ generi, maximis auctibus gloriam ſeſe addere, ſiue ſuperſtes manſerit, ſiue occubuerit. Tu uero Diodoti fili bellicoſum æmulatus Meleagrum, æmulatus & Hectorem, floridumq́; Amphiaraũ, oppetijſti mortem,

STROPHE III. COL. VIII.

In eo cœtu pugnans, ubi in bello fortiſſimi uictoriam obtinuere, qui extrema ſpe ineffabili luctu defatigati ſunt. Cæterum nunc mihi poſt hyemem, adeóq; turbulentas procellas ſerenitatem dedit. Canam itaq; comã adornans coronis. Neq; mihi immortales quæſo inuideant.

ANTISP. COL. VIII.

Si dulcem adſiduo uitã tranſigens quietus ac tranquillus conſeneſcã, fatalemq́; accedam horam. Omnes nanq; ex æquo morimur, numen autem diuinum hominibus recõditum eſt. Quod ſi quis ad maiora circumluſtret, minor eſt, quàm ut munitiſſimam Deorum ſedem conſequatur. Quandoquidem & alatus Pegaſus deiecit

EPODOS COL. VIII.

Dominum ſuum Bellephorontem, qui cœli tecta,

ut Iouis collega fieret, conſcendere uoluit. Rem uero præter iuſticiam dulcem acerbiſſimus finis manet. Nobis uero, ô aurea coma florens Apollo, è tuis ludis floridam, adeoq; Pythiam coronam impertias.

CLEANDRO AEGINETAE.

ODE VIII.

DIAERESIS PRIMA. COL. XXII.

Cleandro quiſquam ætatiq; eius laborum comparet precium, ſplendidum propè Teleſarchi patris ueſtibulum ſtans, Iſthmiacæq; uictoriæ, adeoq; Nemeorum certaminũ præmia, celebrem nempe laudem colligat. Quoniam potẽtiam inuenit, cui & ego mœrens licet animo auream uocare Muſam poſco. E magnis uero luctibus ſoluti, neq; coronarum in orbita te concidamus, neq; nimium triſticia conficiaris. Cæterũ ab inutilibus malis ceſſantes ac liberati, dulce quiddam ludamus: idq; poſt graues labores, quibus deus aliqs ſuper caput noſtrũ Tantaleũ lapidem aduoluit.

Cladẽ naualem, Salaminiã hic tangit.

Ad Perſarũ & Xerxis bella reſpicit.

DIAERESIS II. COL. XXII.

Imbellem Græciæ uidelicet laborem. Cæterũ exactorũ malorum timorẽ, omnemq; mihi anxiam ſolicitudinem ſepoſuit: quam nunc nobis ante pedes, adeóque in præſentia conſtitutam cernimus felicitatem. Porrò nunquam non præſens res felicior eſt, doloſum uero æuum hominibus imminet uitæ meatum uertẽs. Mortales ubi libertate fruantur, beati ſunt. Præterea

bonam

bonam ſpem homini curæ eſſe decet. Decet item Thebis portarum ſeptenario inſignibus educatum, Aeginæ gratiarum florem decerpere: Eo quod geminæ filiæ patri fuerint Aſopidum armatiſſimæ, quæ & Ioui regi placuerint, quando ad pura lympha fluentem Dircen potentis urbis conſtituit ducem.

DIAERESIS III. COL. XXIII.

Te uero ad inſulam ceruleam ferens ſopiuit, ubi generoſum procreaſti Aeacum celeberrimum mortaliũ grauiter ſonanti patri ſuo, unde & diuinitus iuſticiam adminiſtrabat, cuius quidem diuini filij primas tenebãt, Martijq́; nepotes fortitudine æreum anguſtiatumq́; exercitum gubernare callidi, animoq́; ſolertes fuerunt. Hæc & deorum immortalium cõciones meminerunt, quando † Iupiter ac Neptunus ob formoſam dimicarũt Thetin, dum uterq; illam eſſe ſuam cuperet. Amore ſiquidem correpti erant. Cæterũ immortalia Deorum conſilia illis non pararunt ſedem: nec illorum pugnæ locum reliquerunt,

† ſplẽdidus

DIAERESIS. IIII.

Poſtquam fata audiuerũt. Dixit enim optima conſilio Themis, quod decretum fatale eſſet, marinam deam prolem, adeoq́; regem patre meliorem parere, qui aliud telum longe melius fulmine, inuictoq́; tridente manu iaculetur, ſi uel Ioui, uel eius fratribus miſceatur. Proinde à pugna deſiſtite inquit. Mortalem nanque adſequuta genialem thorum, mortalem quoq; filium, manibus in prælijs Marti, pedũ uero uelocitatẽ

fulguri parem adſpiciat. Meum quidem diuinum mu nus Pelei Aeacidæ nuptijs donare cordi eſt, quem pientiſſimum Iolci ſolum tenere ferunt.

DIAERESIS V. COL. XXII.

Porrô ubi antrum ſubierint incoruptibile, repente illic Chironis ſint nuncij, qui edicant ne denuo nobis Nerei filia contentionum materiem ſubminiſtret, ſed potius bimeſtri ſpatio à noſtro conſortio ſegregata, amabile uirginitatis frenum cum Heroë ſoluat. Sic Saturni liberis ueneranda dea proloquuta eſt. Illi uero immortalibus palpebris annuerunt, neq; ſermonis fructus interibat: aiunt enim ſimul adiuuare nuptias Thetios regem. Atqui ſapientum ora nouam Achillis uirtutem neſcientibus demonſtrarunt. Quod & Myſium uitiferum agrum nigra Telephi cæde aſpergens cruentauit,

DIAERESIS VI.

Fabricauitq; ponti in morem Agamemnoni & Menelao reditum. Helenam dein ſoluet Troia, uires ſuas haſta expertus, quæ ipſum olim è pernicioſa pugna, operi uehementer inſtantem in campo liberarunt, quom ſuperba cum Memnonis uiolentia, Hectore item ac alijs optimatibus manum conſereret. Quibus omnibus Proſerpinæ domum nuncians Achilles, mons Aeacidarum ſuam Aeginam celebrem commonſtrauit, quem ſanè nec morientem deſtituerunt hymni. Cæterũ iuxta pyram tumulumq;, Heliconiæ

nirgines

uirgines ei aſtiterunt, multæq; famæ lamentum ſuperfuderunt. Viſum eſt itaq; ſuperis bonum uirum, iamq; defunctum uita hymnis dearum commendare.

DIAERESIS. VII.

Proinde Muſarum currus rationem fert, adeóque adfectu quodam rapitur, ut memoriam pugilis uictoria celebris canat, ipſumq; exhilaret, qui Iſthmiam ſortitus eſt coronam, à Doricis ſelinis, poſtquam uicinos interdum uicit, et uiros inuicta manu turbauit. Cui qui teneram è myrtho coronam, Cleandro nempe Pancratij, cuius uictor extitit, cauſa nexuerit, non redarguit optimi patruelis coætaneorum generationem: poſteaquam ipſum certamen cum fortuna Alcathoi, inq; Epidauro iuuẽtus ſuſceperat, quem bonoribus Encomijs adhibet, pubertatem enim ſuã minime ignauam, ſub luſtro uirtutum domuit.

OCTAVAE ET VLTIMAE ISTHMIORVM ODAE FINIS.

ERRATVM.

Pag. 1. *in inſcriptione primæ olympiorum* Odæ, pro Celeti, *lege*, Celete *uincenti.* Nam κέλησ κέλητος *equus deſultorius eſt, cuius mentio apud* Homerum Odyſſ. ε. κέλητ' ὡσ ἵππον ἐλαύνων. Hieron *itaq; celete, id eſt, equo deſultorio, cui* Pherenico *nomen, uictoria in* Olympijs *potitus eſt.*

BASILEAE APVD [redacted], MENSE MARTIO.

AN. M. D. XXVIII.

A01 146458?



BIB
X